



In feudorum vsus seu consuetudines brevis et erudita commentatio.

<https://hdl.handle.net/1874/433578>

IN FEVDORVM

VSVS SEV CONSVENTUDINES BRE-
VIS ET ERVDITA COMMENTATIO.

AUTORE Dn. Melchiore Clingio utriusque Iuris
Doctore celeberrimo.

Item,

ENARRATIONES ALIQVOT LE.
gumff. de Legatis & Fideicommissis primo.



EXPLICATIO ET CONTINVATIO TITVLORVM
Iuris Civilis & Canonici, Eadem Autore.

*

Cum INDICIBVS Rerum ac Verborum hisce Tractatibus
memorabilium copiosis.



Cum Gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis
nouo ad octennium.

FRANC. Apud Hæredes Christiani Egenolphi;

M. D. LXIIK.

DOCTORIS IVSTINI GOBLE-
ri Goarini Iurisconsulti Epigramma extem-
porale, ad Lectorem.

C Vr prior hos usus fidei conscripsit ætas,
Clingius, & fructum, cum breuitate docet.
Firma fides Domini colitur, famuliq; fidelis:
Officij has debent ferre referre uices.
Res alij longis tractant ambagibus, artis
Plus isto in libro est, quamlibet exiguo.
Sic breue, sic longum quodcunq; opus arguit ipsum
Artificem, haec constat laus breuitate sua.
Verborum ac Rerum per nos est additus Index,
Qui benē Lectori seruiet ipse tibi.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS ET DOMINIS, DO- MINO HENRICO SENIORI ET DN. HENRICO IVNIORI FRATRIBVS, SACRI ROMANI IMPERII *Burggrauis Misnensibus, Comitib. ab Hartenstein, Dominis in Pla- uen, Schlaitz et Lobenstein &c. Dominis suis clementissimis,* S. P. D.



TSI IN OMNIBVS SCIENTIIS
artibusq; quæ quidem uitæ humanæ salutares
sunt, & publicæ utilitati inseruiunt, haud obscurè
radij quidam diuinæ sapientiæ conspiciuntur: ta-
men in morali doctrina Iuris legumq; haud scio,
an maximè omnium, hi præclari & illustres sint.
Siquidem non solum in prima hominis creatione
DEVS Opt. Max. omnis sapientiæ, iustitiæ & bonitatis fons & sca-
turigo, notitias quasdam & semina uirtutum, uimq; intelligendi ho-
nesta à turpibus discernentem, humanis mentibus indidit, qua omnes
homines, modò rationis compotes sint, conuincuntur, ut numen ali-
quod esse statuant, quod hanc amplissimam totius mundi machi-
nam gubernet, quod omnes humanas actiones sensusque iudiceret,
quod rectè facta præmijs remuneret, malefacta uero et scelera pœnis,
ijsq; horrendis & atrocibus, prosequatur. Sed etiam coelesti uoce lex
diuina, in promulgatione Decalogi, generi humano patefacta est,
quæ has ipsas notitias, lapsu primorum parentum obscuratas, de-
nuò illustrat, & caligine mentis humanæ discussa, quis, & qualis sit,
quidc; fieri à nobis, quid nō fieri moderator & creator rerum omni-
um uelit, demonstrat. Et quamuis non eò tantum legis diuinæ reuela-
tio spectet, ut discrimin honestorum & turpium, initio creationis,
animis nostris diuinitùs insitum confirmet, & lucem hanc diuinæ in-
telligenziæ in nobis clariorem reddat, sed ob hanc potissimum cau-
sam facta sit, ut labem & depravationem totius humanæ naturæ, o-
mniumq; in ea uirium, ut morbum quendam sæuissimum, lethalemq;
hæreditaria quadam contagione ab alijs in alios propagatum, dete-
gat, peccatumq; in omnibus hominibus arguat & damnet, atq; ita to-
tum mundum coram Deo reum efficiat: tamen in ijs, qui audita uo-
ce Euangelij, merito filij Dei ab æterna morte liberati sunt, suum eti-
am usum & locum habet, & quæ opera nouæ obedientiæ Deo pro-
bentur, quæc; officia Christianæ charitatis, proximo prestanta sint:
deniq; qualem se unusquisq; post acceptam peccatorum remissionem
gratitudinis ergo, tum erga Deum, tum erga alios homines, in hac
mortali uita gerere debeat, ostendit.

E P I S T O L A

Etsi autem in hac summa omnium uirtutum & officiorum ciuilium exquisitissimo & optimo ordine quam breuissime, decem scilicet præceptis, comprehensa est: tamen cum à lege naturæ, cordibus nostris (ut Diuus Paulus ait) inscripta minime dissideat, sed una cum hac & eadem sit, nimirum ab eodem autore, DEO scilicet, profecta, qui eam & initio rationali naturæ impressit, & postea uoce sua de cœlo promulgauit, atque ad hanc naturæ legem omnes honestæ leges cum ab alijs earum latoribus, tum uero à Romanis Imperatoribus sancitæ, utpote illius enarrationes, uel circumstantiarum aliquarum descriptiones, distinctiones aut limitationes ortum suum referant, neutquam his hominem Christianum politici magistratus imperio, in huius uitæ consuetudine, subiectum, debitam reuerentiam obedientiamque detrectare oportet: cum doctrina Euangelica ordinem politicum diuina autoritate sancitum minime aboleat, neque imperia magistratui abroget, uel potestatem sanciendi leges, iudicia constitutendi, cohercendique; contumaces & improbos penas & supplicij, legibus consentaneis adimat, sed potius & imperia & Respub. approbet, atque stabiliat, subditosque ijs qui præ sunt reuerenter & obnoxie parere: illos uero, penes quos gubernatio est, bonis honori & præsidio, malis uero terrori esse iubeat. Quod cum ita sit, nemini iudicijs, statutis, decretis, & legibus illius magistratus interdicit, in cuius uerba iurauit, cuiusque potestati subiectus est, modò non cuncti diuina lege pugnant, aut quod conscientiam offendat, aut sinceræ religionis ueritati aduersetur, præcipiant aut postulent. Maximo enim discrimine inter se distincta sunt, uita hæc ciuilis, & iustitia æterna atque spiritualis, de qua Euangelium concionatur, quæ rationi humanæ penitus ignota est. Interea autem leges politicæ sum locum diuino ipsis mandato attributū obtinent, nec minus Christianæ religionis cultores, quam eos qui ab hac alieni sunt, ad obedientiam sibi & uenerationem præstandam deuinciunt, dummodò ad Paulinam hanc regulam congruant, ut scilicet bono operi honori, malo uero formidabiles sint, nec limites Decalogi transfiliant, etiam pro diuersis imperiorum locis non ubique eadem fori ratio, eadem iudiciorum consuetudo, eademque Reipub. forma sit. Itaque, eti nonnunquam fanatici homines reperiuntur, qui uel Iudaicis deliramentis fascinati, Ethnicis legibus reiectis, Mosaicas in forum & Curiam reducendas esse dictitant: uel Euangelicum mysterium male ad politicas ordinationes detorquentes, nouum hinc corpus Iuris legumque ciuilium fabricandum esse censeant: tamen haec ineptiae, uel potius furores explodendi sunt, quorum propugnatores non solum inscitiam, sed etiam peruersitatem & uæcordiam in eo suam produnt, quod destructa iam & deleta tot annos politia Mosaica usque adeo,

D E D I C A T O R I A.

adeò, ut uix rudera quædam ijs in locis, ubi hæc aliquando maximè floruit, conspici possint: homines tamen gentiles illius formam imitari, atque ad eundem modum iudicia constituere, forum administrare, controversias componere, & ius dicere oportere afferunt, uel impia quadam stoliditate leges politicas cum Euangeliō commiscant atque confundunt, cùm illæ ad præsentem hanc tantummodō uitam, & ciuilem consuetudinem ac societatem pertineant, hoc uero ea complectatur, quæ ad uitam æternam spectant, spiritualia, cœlestia, & in omnem æternitatem duratū sunt. Minimè igitur impium aut illicitum est hac nostra ætate magistratum politicum in maxima parte orbis Christiani imperij, secundum eas leges, quæ à Romanis Imperatoribus, collatis accuratissimè sapientissimorum virorum sententijs, graui iudicio sancitæ, & literarum monumentis, memoriae posteritatis proditæ sunt, causas dijudicare, controversias dirimere, rerum proprietates & possessiones distinguere, & fontibus ac uiolatoribus earum pœnas & supplicia decernere, dum nihil quod iniquum, quod dishonestū, quod moribus perniciosum, quod cuiquam fraudi sit, concedunt aut approbant, nec peruersis hominum cupiditatibus iudulgent, quales quidem nonnullæ in Spartanæ Repub. & alijs fuerunt. Estq; piæ mentis hoc ingens Dei beneficium agnoscere, & debita cum gratitudine amplecti, et celebrare, quod in animos nostros ueluti in speculum quoddam maximorum bonorum, sapientiæ scilicet & iustitiæ suæ simulachra transfuderit, legumq; semina sparserit, è quibus uberrima & generi humano maxime necessaria seges iuridice doctrinæ enata est, cuius utilitas in omnes partes humanæ uitæ amplissima redundat, & ad omnes omnium ordinum homines promanat. Etsi igitur homines improbi, quorum nusquam non maxima multitudo est, suas cupiditates legum frenis coherceri, & in delicta sua ab his animaduerti impatienter ferunt, & hunc ueluti carcerem effringere conantur, nec honorificentur de illis uel sentiunt uel loquuntur, quām Hippias quidam apud Platonem, qui legem Tyrannum nominat: tamen rectissimè à celeberrimo Oratore Demosthene, Inuentum & donum Deorum appetiuntur, quod bonos viros maximi facere, religiosè colere, & uenerari par est, cùm sine legibus, sine iure, sine disciplina nullū quantumuis potens imperiū, nulla ciuitas, nulla Respub. consistere, nulla hominum societas, nulla deniq; uita esse posse. Reiectis igitur omnibus, quibus legum autoritas conuellitur, mentes nostras ad cultum & uenerationem earum piè & reuerenter flectamus, ipsarumq; dignitatem omni studio tueamur. Quod non solum ijs faciendum est, qui in scholis Iureconsultorum legum interpretes sunt, & præclaram hanc doctrinam diuinæ sapientiæ plenissimam discenibus

E P I S T O L A

proponunt ac tradunt , aut in foro & causarum tractatione uersantur, sed his etiam, qui imperia & regna administrant, qui urbibus, & ciuitatibus præsunt , qui ad clausos & gubernacula Reipub. sedent, qui principatum obtinent, & magistratum, diuinum etiam sacrarum literarum testimonio munus gerunt , quos omnes non solum innocentia, & integritate uitæ alij ad rectè & honestè uiuendum exemplo esse, sed ipsarum legum patrocinium , & defensionem aduersus contumaces suscipere , earumq; fidelissimos custodes esse, in primis volumina , in quibus descriptæ sunt, scribijs inclusa asseruantur , quando libri & intra parietes & in scholis solummodo Iurisconsultorum de his uersa fiunt, sed quando magistratus ipse earum uindex & executor est, & contumaces iusta saueritate punit, cùm sine executione uox legū inanis sonitus sit, imò uero, ubi improbis scelerum & flagitorum impunitas & licentia conceditur , ne exaudiri quidem , inter homines turbulentos, & impunè in Repub. tumultuantes, possit. Has partes, quicunq; principes & Reipub. gubernatores, suas esse agnoscent, & secundum legum præscripta subditos suos regunt, & iustitiæ administratione rectè funguntur , omnilaude digni sunt, & præclarè de Repub. merentur. Cuius quidem quantoperè intersit, non ex potentiū arbitrijs, aut ex opinionibus ineruditorum hominū, qui sæpè in aulis, in Curia , in foro , & in iudicijs , non postremum locum teneant, res maximas, de quibus controversiae sunt, dījudicari, sed scriptas, qui ueluti sacerdotes quidam sacrarium iustitiæ alijs aperiunt, & in deliberationibus ac controversijs æ qualitatis metas, quasi intento digito demonstrant, minimè obscurum est. Horum in numero, illustrissimi Principes, parens uester, quo ad Reipubli. illum uiuere in terris, DE O uisum est, meritò habendus fuit, qui multos annos in amplissima Aula inuictissimi Romanorum Imperatoris, Ferdinandi, principem inter consiliarios, & præcipuum locum obtinens, in grauissimis deliberationibus, & de rebus maximis consultationibus, legū patronum & uindicem, iustitiæq; & æquitatis defensorem se acerrimum præbuit, summa sapientia, doctrina multiplici, maximisq; alijs ingenij ornamentis excellens , quibus omnibus Inuictissimo Imperatori adeò carus fuit, ut in aula eum sibi quam coniunctissimum esse uoluerit , eique præciuas partes in administratione regni Boëmici tribuerit. Cumq; à Carolo v. laudatissimo Cæsare , & immortal posteritatis memoria digno, confecto bello Germanico, amplissima illi ornamenta Antiquorum Burggrauiorum Misnensium, ut uirtutis & meritorum suorum præmia, collata : & locus parentibus & maioribus suis debitus inter Principes sacri Romani Imperii conserva-

D E D I C A T O R I A.

conseruatus esset, non solum ut uirtute hanc dignitatem tueretur, etiam atq; etiam operam dedit, & cum Reipub. tum Ecclesiæ, ut bonos, & pios, laudeq; dignos Principes decet, curam suscepit, sed etiam V. Cels, ut filios suos carissimos, quos sibi successores in gubernatione aliquando futuros sperabat, in eas terras, quæ hodie eruditionis & sapientiæ possessione, ut olim urbs Attica, omniū celeberrimæ sunt, eo consilio misit, ut ad Rempub. rectè & præclarè gerendam, munusq; paternæ dit: onis cum laude administrandæ sub eundum, amicula sapientiæ, optimarum artium, in primisq; Iuris & legum cognitione comparata afferretis, haud ignarus quanti referat, eos qui bus Respub. administranda est, minimè literarum & doctrinæ rudes, sed egregiè his excultos instructosq; ad eam accedere, & salutem huius, ex illorum sapientia uel præcipue pendere. Fuit præterea in eo summa in rebus omnibus gerendis, & in consilijs moderatio, clementia eximia, & morum suauitas singularis, quibus uirtutibus easibistudia, eam omnium benevolentiam conciliauit, ut non solum inclytæ uestræ familie, subditisq; sed multis etiam alijs, illustri & celso loco natis, ingēs sui desiderium, è uiuis excedens, reliquerit. Cumq; utrungq; ad Principis officium pertineat, & tranquillo Reipub. statu, rebusq; pacatis, consilio, iure, & legibus summam rerum administrare, & si necessitas postulet, arma pro Reipub. salute suscipere, quamvis pacis quām belli cupidior semper esset, tamen cum non tam sua voluntate, quām alieno impulso & mandato ad ea capienda cogereatur, bellumq; illi gerendum uel inuito esset, ut in hoc ipso quoq; laudatissimi Principis, & strenui Ducis officio functus est: ita nihil ab eo quantumuis fortuna secunda, factum commissumq; est, quod uel minimum illi crudelitatis notam inurere posset.

Hæ tantæ uirtutes in optimo Principe, parente uestro, ut V. C., honorificentissimæ, maximoq; ornamento sunt (quæ enim illustrior laus esse potest, quām quæ à parentibus proficiuntur) ita utrungq; uestrum anniti sedulò, & conatus eò referre æquum est omnes, ut ad hoc domesticum exemplum uos comparantes, uestigia parentis ita sequamini, ut non minus uirtutum & ingenij ornamentorum, quām lineamentorum corporis, effigies quedam & similitudo in uobis conspicatur, id quod summæ utriq; uestrum gloriæ futurum est. Si enim in priuatis hominibus eos laude dignos censemus, qui à laudatis parentibus procreati, his se dignos gerunt, eorumq; honesta facta imitantur, quanto magis ex principibus, quorum res gestæ illustrilo, co posite sunt, moresq; obscuri esse nequeunt, iſ laudem amplissimam merentur, qui ex inclita familia prognati, maiorum suorum præclaræ facta, uirtutesq; non imitari tantum, sed etiam superare contendent: Id uero à uobis fieri, uosq; paterni animi dotes, sapientiam,

E P I S T O L A • D E D I C A T.

iustitiam, beneficentiam, æquitatem, mansuetudinem, aliasq; uirtutes,
cum egregia & multiplici doctrinæ & laudatissimarum artium co-
gnitione, strenuè imitari, & mihi notissimum est, & à uobis uno ore
prædicatur. Quam quidem ob causam, cùm has meas lucubratio-
nes, quas candidatis iuris gratias, nec parum utiles futuras esse confi-
do, in publicum emittere decreuisset, sub nominis Vestri auspicio
eas prælo committendas esse duxi. Primùm, ut pro beneficijs, quæ à
V. C. in me profectæ sunt, qualemcunq; animi mei gratitudinem uo-
bishoc publico scripto declararem. Deinde, ut non solùm eorum
qui in Academij iuridicæ doctrinæ se dedicarunt, studia conatusq;
iuuarem, sed ut alios quoq; eosq; ueltri similes, celso loco natos, bo-
nos & Reipub. salutares Principes, ad doctrinæ liberalis, legumq; &
Iuris amorem, uestro exemplo accenderem. Neque enim dubito,
quin gratiior huius mei operis lectio multis futura sit, si V. C. illud
non improbari animaduerterint. Quare, ut huius me uoti compo-
tem efficiatis, hancq; meam operam uobis non ingratam esse patia-
mini, etiam à V. C. atq; etiam & reuerenter peto. E Salinis Saxonii-
cis Cal. Ia, Anno salutis 1563.

V. C.

Studioſſimus

Melchior Kling I. V.

Doctor.

R E R V M

RERVM AC VERBORVM SCITV
DIGNIORVM IN VSVS FEVDALES INDEX.

A.

A Licnatio quæ non ualeat	8
Allodialibus bonis succedit tam filij quam filie	28
Antiquitatem propter omnia presumuntur uera & solennia	11
An iure consuetudinario prelati possint res Ecclesiarum suis consanguineis et affinis in feudum concedere	23
In Antiquis factis potius presumitur error & ignoramia, quam in factis recentibus	32
Archiepiscopus quis dicitur	20
Argumentum à sufficiencie partium enumeratione	
Argumentum bonum est ab emphyteusi ad feudum	42
Ascendentes semper excluduntur in successione studi	10
Augustus quare Imperator uel Rex dicitur	7
Autoritas libri feudorum quæ sit	1

B.

Beneficium non est, quicquid fit ex debito	4
Breue testatum dicitur publicum instrumentum	36.
	37

C.

Cambium	
Censualis contractus quid differat à feudo	7
Consuetudo dicitur quæ frequenter fit	21
Consuetudo Mediolanensis	37
Consuetudo notoria non indiget probatione	19
Consuetudo quoties transit in legem scriptam, perdit nomen consuetudinis, & uocatur lex	19
Contractus & donationes principis uim legis obseruantur	
Contrariorum eadem est disciplina	7
Culpa aut est defuncti aut heredis	26
Curia regia est fiscus	29

D.

Decisiones Doctorum non sunt necessariae sicuti leges, sed solum probabiles	1
Defensio cum duodecim sacramentalibus	38.
Delinquentem conuasalli ad dominum ducant	29
Dies interpellat pro homine	6
Dolus neminem releuare debet	40
Donare est dilapidare, & non augere	7
Donatio Constantini in Papam Sylvestrem an ualeat	8

E.

Ecclesia capiens feudum à laico, tenetur prestare iuramentum fidelitatis	3
Ecclesia habet aurum non ut seruet, sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus	23
Ecclesiastarum prelati utrum consanguineis res in feudum concedere possint	ibid.
Ecclesiastarum res in feudum concedi non possunt	20
Ei qui dicit, incumbit onus probandi, non ei qui negat	32
Emphyteusi non conceditur gratis, sed ut praestetur annuus Canon	9
Episcopi etiam feudalibus constitutionibus parere tenentur	3
Episcopi qui dicantur	20
Extranei testes dicuntur, qui non sunt conuasalli	37
Extravagans est Authenticā	2

F.

Facto ubi opus est, uerba non sufficiunt	12
Faida, uerbum Lombardicum inimicitum significans	4
Felonia est atrocissima iniuria	26
Felonia soli prelato non censetur illata	24
Felonia remissio	12
Feuda Marchie Ducatus &c. finiuntur morte ac cipientis, nec succedit heres &c.	23
Feuda non debentur ex decedentium iudicio, sed principali prouidencia	ibid.
Feuda propria & impropria quæ sint	4
Feuda tantum ad beneplacita dominorum concessa, aequiparantur precario	24
in Feudalibus causis appellatione legitimi hereditatis uenient tantum descendentes masculi	27
Feudalis contentio terminatur per pares Curiae	3
Feudalis libri commentaria uetustissimorum Doctorum extant, & qui sint	2
Feudalium causarū decisiones in utroq; foro sunt obseruandae	3
Feudi contractus populo Romano fuit incognitus	3
Feudi definitio	ibi.
Feudi diuisio	7
in Feudis fit successio tantum ab intestato	25
Feudi non regalis subdiuisio	12
Feudi proprietas remanet penes concedentem	6
Feudi uocabuli uarie Etymologie colliguntur à Doctoribus	3
Feudorum quoddam est transitorium, affterles	13
Feudos	

INDEX.

Feudorum quoddam est nobile, quoddam Burgen- se	17	Feudum in rebus mobilibus de iure constitui non potest	18
Feudorum aliud est corporale, aliud incorpora- le	ibid.	Feudum Maternum quod dicatur	13
Feudorum aliud dicitur Reale, aliud Personale	13	Feudum morte non tollitur, sed devoluitur ad uas- sali mortui descendentes &c.	6
Feudorum aliud est Francum, aliud non Fran- cum	16	Feudum non Regale habet multas subdivisiones	8
Feudorum aliud est Ecclesiasticum, aliud Secu- lare	17	Feudum non regale quod	7
Feudorum constitutiones per Doctores Bononiae sunt collectae	2	Feudum nouum quod dicatur	9
Feudorum iura ligant omnes Reges & populos de iure	ibid.	Feudum paternum seu auctum quod dicatur	ibi.
Feudorum liber est Authenticus	1	Feudum personale subdividitur	13
Feudorum aliud est Annale, aliud non Annale	16	Feudum qui dare possunt	1
Feudorum liber unde sit compositus	1	Feudum reale est perpetuum feudum	13
Feudorum liber totus de feudo non Franco loqui- tur	16	Feudum Regale quod	7
Feudorum quoddam est iurabile, quoddam non iurabile	17	Feudum regulatur secundum tenorem inuestitu- re	10
Feudorum quedam habent propriam, quedam impropriam naturam	12	Feudum Soldata in quo consistat	23. 18
Feudorum quoddam non est diuisibile, quoddam diuisibile	17	Fidelis dicitur uassalus	25. 38
Feudorum quoddam est ligum, quoddam non est ligum	14	Fidelis vox est quasi explicatio uocabuli Feuda- tarius	4
Feudum Aduocatiae quod dicatur	18	Fidem fallere graue. Fides etiam hosti seruanda est	ibi.
Feudum Antiquum quod dicatur	9	Fœmina non potest præstare seruitia, ergo non est capax feudi	10
Feudum aut est nouum, aut paternum, aut anti- quum	9	Fœminæ propter sexus fragilitatem belligari non possunt	29
Feudum appellatur gratia, et non debitum	4	Fratri occisio appellatur parricidium.	26
Feudum an et quando posse dici Priuilegium ibi.			
Feudum ad utendum et frumentum, Gemessen vnd gebrauchen	13		
Feudum amittitur per transitum ad religionem	7		
Feudum an uendi posse	5		
Feudum Cameræ sive Cauenæ quod dicatur	18		
Feudum cognitionem habet cum usufructu	6		
Feudum conceditur dupliciter	19		
Feudum concedere potest quilibet bonorum suo- rum liberam habens administrationem	6		
Feudum datum in uicem legis commissorie	5		
Feudum denominatur à fieri, quod ad plura faci- enda teneatur uassalus	3		
Feudum dicitur à fide, uel à fidelitate	4		
Feudum est beneficium	ibi.		
Feudum est nomen nouum inuentum	3		
Feudum Guardie et Castaldie datur pro merce- de alicuius rei &c.	25. 37		
Feudum Guardie, Castaldie, quod sit	27. 30		
Feudum Guardie, habitationis	13		
Feudum habet cognitionem cum emphiteosi	6		
Feudum in pecunia numerata quando constituas- tur	25		

G.

Geniculum Gallica vox idem quod gradus	29
Gerardus Capagisti feudalium consuetudinum et decisionum scriptor	1. 19
Glossa nulla tantæ est autoritatis, ut textibus preferri debeat	35
Glossæ creditur propter textum in ea allega- tum	35
Glossarum autoritas summa est	2
Gratiani decretum est Authenticum	ibi.
Gratis, particula quomodo intelligatur	5

H.

Homagum dicitur illud iuramentum, quod uasal- lus præstítit	14
Homo ligus et non ligus quis dicatur	15

I.

Infeudatio est alienatio	28
Infeudandi consuetudo de rebus Ecclesiasticis in- tra quod tempus inducatur	ibi.
Infinitas an sit licita uel illicita	30
Infinitum verbum, quomodo intelligendum	29
Inhabitables persone ad feuda quæ sine investire	4

INDEX.

Inuestire est in possess. mittere	37	Pecunia pupilli res empta fit pupilli	15
Inuestitura dicitur apprehensio possessionis seu di	18	Possessionis commodum magnum est	40
Inuestitura aut est Verbalis, aut Realis	37	Prælatus solus an posset usallo remittere feloniam	24
Inuestitura est duplex, Propria et Abusiva	18.	Præsumptio transfert onus probandi	32
Inuestitura probatur per conuasallos, uel pares Curiae, uel per breue testatum	37. 38	Principis beneficium debet esse durabile	15
Iudex ferendo sententiam non est necesse exprimere causam quæ ipsum mouet	24		
Iudicis decretum in contractu interpositum excludit beneficium	ibi.		
luramentum prius derogat secundo	7	Ratihabitio idem operatur quod mandatum	2
urisfuriandi religione omnia præsumuntur uera	11	Reditus ex feudo semper redduntur	4
Ius præsumit pro sententia propter autoritatem iudicis	24	Regalia sunt, quæ ab Imperatore uel Rege conceduntur	20
		Regula Catoniana: Quod ab initio non ualeat &c.	34
L.			
Lateronensis prohibitio Libris autoritatem tribuit longa temporis obseruatio Ligum feudum à ligando dicitur	35 2 14	Regula, Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum quoq; prestare debet	33 34
M.		Regula, Generi derogatur per speciem	35
Masculorum conditio in multis est deterior quam foeminarum	28	Regula, Non attenditur de cuius pecunia res emittatur, sed tantum cuius nomine	27
Mater est media persona, per quam nepos in bonis cui succedit	29	Regula, Omnis res nostra præsumitur libera, & nemini concessa, nisi probetur concessa esse	40
Mater nullum ius habet in feudo	ibi.	Regula, Plus ualeat quod in ueritate agitur, quam quod simulatè concipitur	10
Mendaces non audiuntur de Mendacio coniunctus non ultra auditur	42 ibi.	Regula, quod conditio foeminarum in multis est deterior, quam masculorum	28
		Regula, quod denominatio subiecti sit ab eo, quod plus est in subiecto	4
N.		Regula, Quod tibi nō obest, & mihi prodest, impedire non debes	34
Nemo potest duobus dominis concurarijs seruire, quin alterum offendat	15	Regula, quod actus factus tanto tempore, cuius initij non extat memoria, habet vim constitutionis	2
Nepotes ex filiabus dominum iuuare possunt in bello	28	Regula, Qui prior est gradu, potior est iure	9
O.		Regula, quod clausula generalis debet tantum restringi ad precedentia &c.	8
Obertus de Orto Doctor & Iurisconsultus feudalis libri compilator	1. 19	Regula, quod multa fieri non debeant: si tamquam facta fuerint, teneant	ibi.
Officiale plerumq; technis dominum circumvenire solent	31	Regula, quod consuetudo uincit legem scriptam	23
		Regula, Vbicunque in aliquo actu reperitur &c.	23
P.		Rei sunt favorabiliores	24
Pares Curiae dicuntur uassalli, qui ab eodem domino feudum tenent	36	Res empta ex pecunia dotali, succedit in subsidio um dotis	27
Paris conditionis honestiori defertur iuramentum	38	Res feudales tantum ad successiones in bonis hereditarijs siue allodialibus pertinent	29
Patientia pro ratihabitione habetur	38	Responsa prudenti & iurisconsultorum ex principiis autoritate uim legum obtinent	1. 2
S.			
Sacramentales sunt conuassalli iurati	29		
		Successor	

INDEX.

Successor non debet esse melioris conditionis quam auctor eius	29
Surreptitiae gratia & concessiones plerumq; pre- sumuntur	8

T.

Testamentaria dispositio in rebus feudalibus non ualet	25
---	----

V.

Vassallus ad multa tenetur	4
Vassallus committens feloniam contra personam domini, feudum amittit	12
Vassallo creditur quicquid dominus habet	4
Vassallus de feudo disponere aut testari non po- test	35

Vassallus est nomen nouum	3
Vassallus seu feudatarius in iure communiter ap- pellatur fidelis	4
Verba enunciativa siue narrativa non probant in- ter eos qui non possunt liberè disponere	11
Verba in dispositionibus posita, intelliguntur sec- undum subiectam materiam	14
Verbalis abusiva & impropria	3
Votum captandæ mortis alienæ prohibitum	32
Vsfructuarius tenetur cauere de utendo fruendo boni uiri arbitratu	6
Vsfructus anomalus, singularis, improprius	ibidem.
Vsfructus nomen ponitur impropriè	ibi.
Vsfructus quibus modis tollitur	ibi.

CON-



CONSVETVDINES FEVDORVM ERVDITE AC DILI-

GENTER EXPLICATAE A DOMINO D. MELCHIO-
RE KLINGIO, IVRIS CONSULTO CLARISSIMO.

De ijs qui Feudum dare possunt &c.



RIVSQ VAM AD FEVDI TRA.
stationem perueniamus, de quibusdam quæstionibus
pauca præmittemus.

Et primūm, cùm inter DD. de auctoritate huius libri,
an scilicet inter libros Iuris Civilis connumerari, in Scho-
lis legi, & in iudicijs ad decisiones causarum, sicuti alijs lib-
ri legales, allegari debeat, magna fuerit contentio et dis-
ceptratio: Quibusdam eius auctoritatem permittentibus,
quibusdam uero planè reijcientibus: Nos quoque, nelibrum reprobatum aut
non allegabilem, uel saltem de cuius auctoritate dubitetur, prelegendum su-
scipisse uideamur, eam quæstionem paucis attingemus:

Primum autem constat hunc librum compositum esse partim ex constituta-
tionibus Imperialibus, quales sunt Constitutiones Conradi, Lotharii, Fride-
rici primi & secundi &c. Partim uero ex consuetudinibus & decisionibus
scriptis seu recitatibus per Obertum & Gerardum Capagisti, qui huius operis
scriptores, recitatores, & multorum dubiorum decisores fuerunt. Quod au-
tem attinet ad Constitutiones Imperiales, non est dubium, quin hic liber pro
ea parte sit Authenticus. Quod enim principi placet, legis habet uigorem &
sed & quod principi Institut. de iure nat. gen. & Civili. Quod uero attinet
ad consuetudines & decisiones Oberti de Orto & Gerardi Capagisti, dubium
est an sint Authenticæ. Et primo uidetur quod non sint Authenticæ.

Nam certū est, quod Obertus de Orto non fuit Imperator, sed solum Do-
ctor & Iurisconsultus, cui à principe committebantur causæ feudales, quas
ex consuetudine Lombardie decidit, & illas consuetudines postea compila-
uit, secundum And. de Iser, in c. i. circa prin. de feudi cog. Idem deciden-
dum est de Gerhardo Capagisti. Decisiones autem & interpretationes Decisiones
dd. & Iurisconsultorum non sunt necessariae & allegabiles sicuti leges, sed Docto. non
sunt necesse
sarie sicuti
leges, sed so-
lum proba-
biles.
soltum probabiles, & statut eis quatenus iustis & certis rationibus defendi
possunt. Licet enim olim responsa prudentum & Iureconsultorum, etiam
sine Principis licentia obtinuerint uim legum, l. 2. § Post hunc. ff. de orig.
iur. Tamen tempore Diui Augusti constitutum est, ut ex principis aucto-
ritate prudentes & Iurisconsulti responderent, nec eorū responsa sine prin-
cipis auctoritate uim legum obtinerent, d. l. 2. § Primus. ff. de orig. iur. Illa
autem auctoritas principis in respondendo non præsumitur, sed probari de-
bet: quia condere leges est auctoratis publicæ, per publica documenta de-
monstrari debent. l. Vnica. C. de mand. princ. l. prohibitum. C. de Iure
fiscilib. 10. Et in libris feudorum nusquam deprehendi potest, quod Ober-
tus de Orto & Gerardus Capagisti ex auctoritate Imperatorum illas consue-
tudines compilauerint. Quare uidetur sequi, quod non sint necessariae nec
allegabiles, sed solutum probabiles, sicuti Bartoli, aut alterius cuiuspiam excel-
lentis Doctoris decisiones, secundum gloss. in l. i. in uerb. ius, ibi. Item in
eo. C. de legibus: Et in illa opinione fuerunt quidam Doctores, quos re-
censent Bal. & Iaf. in præludijs feudorum. Sed istis & alijs rationibus, quæ

• A

per Bald. & alios recensentur, non obstantibus, contrarium est uerius, scilicet, quod totus liber feudorum sit authenticus, ita quod in scholis legi, & in iudicijs, sicuti alijs libri legales, allegari possit. Et hoc probatur, primo, Quia Regula. regula est, quod actus factus tanto tempore, cuius initij non extat memoria, habet uim Constitutionis, l. hoc Iure §. Ductus aquae, cum similibus, ff. de aqua quo. & cest. Sed liber feudorum lectus & allegatus est pro Authentico in studijs generalibus tanto tempore, cuius initij non est memoria. Exstant enim commentaria ueruissimorum Doctorum in eum, ut Bald. And. de Iser, Jacob. de Belui. & similium. Ergo habeatur pro Authentico, cum tam longa temporis obseruatio tribuat libris auctoritatem, per ea quae decidit Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de fide Instru. §. Nunc dicendum, in uerbo, Restat. uers. Sextum est temporis obseruatio.

Et per hanc rationem tenet Panor. in c. 2. ext. de rescrip. quod decreatum Gratiani sit Authenticum, quia in scholis publice legitur, & allegatur. De quo tractat etiam Ioan. And. in additio, ad Spec. in tit. de appella. §. In quibus, in uerbo, Conquestione. Et per eam ipsam quoque rationem tenet Bald. in tit. de pace constantiae. in fin. quod illa extrauagans sit Authentica;

Secundò probatur. Nam id quod publice in studijs generalibus legitur, longo tempore, de scientia Imperatoris legi dicitur, ut colligitur ex nota. per Bart. in l. 1. in 5. Col. in fin. ff. si certum petat. Vbi dicit, quod scripturæ doctorum, quando reputantur Authenticæ, leguntur in publicis studijs &c. Cum ergo Imperator sciuerit, nec reuocauerit seu prohibuerit, illa patientia pro ratihabitione habetur. Et idem operatur ratihabitio, quod mandatum, c. fin. de lure iurian. in 6. Ergo sequitur, quod sit Authenticus liber.

Tertiò probatur, quia constat auctoritatem glossarum summam esse, ut notat Bart. in l. Vt uim. ff. de Iust. & iure. Sed glossæ utriusque iuris allegant textus libri feudorum tanquam Authenticos ex iure Civili. Nam in c. 2. ext. de feudis, allegat §. 2. & 3. Quibus mo. feud. amit. Et alios quoque text. allegat. Quare non est dubitandum, quin sit liber Authenticus, alioqui glos. non allegarent pro libro Iuris Civilis.

Postremò etiamsi prædictæ rationes non extarent, tamen necessarijs demonstrationibus ostendi posset, hunc librum esse Authenticum, & in numerum librorum Iuris Civilis referendum. Nam Bald. Alua. & dominus Ias. in præludijs feudorum referunt Odofre, excellentissimum Iurisconsultum in Authenticæ Cassa, C. de sacrosanctis Eccle. exprimere, quod Imperator Fridericus iunior, cum in Italiam uenisset, Constitutiones feudorum Bononiæ miserit, ut per Doct. ibidem sub congruentibus tit. colligerentur, & id factum esse. Quia Doct. in Ecclesia diuini Petronij congregatis, & iussu Imperatoris eos collegerint. Quare cum Imperatoribi expressè eos approbatuit, non est dubium quin sint Authentici. Cum omnia prudentum responsa, autoritate principis redditæ, legis uigorem obtineant, d. l. 2. §. per nult. ff. de orig. iur. Ideo concludunt Bald. Alua. & Ias. quod ista consuetudines feudorum, non solum in decisionibus causarum feudalium in foro contentioso, uerum etiam in foro conscientiae obseruandæ sint, nisi quantum tenus in periculum urgerent. Et haec est communis omnium ferè doct. conclusio, quam refert & sequitur dominus Iason in præludijs feudorum. Nec obstat quod suprà obiectum est, Obertum de Orto & Gerhardum Capagisti suis se tantum Iureconsultos, non autem legislatores, ideò eorum decisiones non possint habere autoritatem Legis &c. Quare respondetur, quod ex tacita & expressa Imperatorum ratihabitione & confirmatione obtinuerint uim legis, per ea quæ in decisione dicta sunt.

Secundò queritur, an iura feudorum ligent omnes reges & populos saltem

DE CONSVENTVD. FEVDORVM.

3

tem de iure, sicuti aliae leges Ciuiiles. Et omissis superfluis dic brevibus, quod
sic, præsertim quo ad illos qui sunt imperio Romano subiecti, per tex. in c.
Vnico, in princ. de pace tenen. Et est ratio, quia cum hic liber sit Authen-
ticus, sicuti suprà probauimus, necesse est quod liget omnes qui alioqui legi-
bus communibus ligantur, propter expressam uel saltam tacitam Imperato-
ris approbationem. Quid autem iuris sit de alijs regibus uel principibus, qui
uel de facto uel de iure superiore non recognoscunt, ut est in rege Galliæ
&c. dicemus infrâ de pace tenenda. Et de hoc, quo ad laicos, non est dubium.
An autem ligent Ecclesiæ, Ecclesiarumq; personas, si quid in feudum tenu-
erint, dubitari poterit. Et conclude ex communi doct. sententia, quod sic. Nā
iura feudalia disponunt, quod si contentio fuerit inter dominum & uasallum
de feudo, debet illa contentio terminari per pares Curiæ. c. Vnico, inf. de
contro. feud. apud pares termi. Nec distinguitur, siue dominus sit laicus si-
ue clericus contendens cum uasallo. Nam & Episcopi huic constitutioni
parere tenentur, si inter eos & eorum uasallos fuerit contentio orta, per text.
ad literam in c. Vnico, de contro. int. Epis. & uasal.

Quare cum in hoc eos liget, sequitur quod etiam in alijs liget. Immo cle-
rici & Episcopi subiçuntur iurisdictioni laicorum ex causa feudalii, effici-
unturq; de iure domini feudales, etiam si esset rusticus. per text. in c. Verum,
extrâ de foro compe. Vbi quæstio feudalii mota fuit aduersus quendam pre-
positum. Et tamen dicitur, quod per iudicem laicum quasi decidi posset, si
feudum fuit seculare. Et facit quod notant doct. in c. Cæterum, extrâ de iudi-
cij, & in c. extransmissa. & c. Verum, ext. de foro compe. Ideoq; Ecclesia ca-
piens rem in feudum à laico, tenetur præstare iuramentum fidelitatis, sicuti
alijs uassalli, saltem nomine prælati, secund. Bald. in fin. præludio. & Iaso. in
prin. præludio. feud. in 2. colum. & inf. de his que latius disputabimus. Præ-
dicta tamen intellige de constitutionibus feudalibus approbatis, secus de re-
probatis, quarum paucæ sunt, ut est c. Vnicum, inf. de filiis na. ex matri. ad
morga. contra. secun. Ias. in prælud. feu. colum. 2. His præmissis methodi-
cam feudi tractationem suscipiemus. Et quoniam omnis institutio de aliqua
re, que à ratione suscipitur, teste Cicerone, à definitione proficiat debeat, ut
intelligatur, quid sit de quo disputatur, nos quoque à feudi definitione or-
diemur.

DEFINITIO FEVDI.

Est itaq; feendum beneficium, quod ex benevolentia alicui gratis datur, ut
proprietas rei immobilis beneficiata penes dantem remaneat, usufructus
autem illius rei, ita ad recipientem transeat, ut ad eum, hæredesq; suos masculi
& foeminas, si de his nominatum dictum sit, in perpetuum pertineat, ad
hoc ut ipse & sui hæredes fideliter domino seruant, siue id seruitum nomi-
natim, quale esse debeat, sit expressum, siue indeterminatè promissum. c. V-
nico. § In primis, infra, in quibus caus. feud. amitt. Et est nomen nouum in-
uentum, scilicet de iure Consuetudinario, sicuti quoque uassallus nouum
nomen est. Contractus feudi, secundum Bald. & alios, fuit populo Ro-
mano incognitus, & si cognouissent, fuisset eis exosus, propterea quod serui-
turem personarum, uel saltam mixtam rerum & personarum sapiat, de quo
latius per dominum Iasonem in prælud. feud. colum. 10.

Vide Definitionem feudi quoque in nota. in cle. Pastoralis, de sen. & re-
ludicata.

Colligunt autem DD. uarias etymologias istius uocabuli. Quidam enim,
ut Anto. de Prato ueteri super Rub. huius libri, sicuti recitat dominus Iason,
dicit feendum denominari à fieri, quia ad plura facienda teneatur uassallus &c.

A • ij

Sed hæc uidetur esse nimis remota. Quidam deducunt à uerbo Lombardico faida, quod inimicitiam significat, secundum gloss. in c. i. ff. Hoc autem, in uerb. legib. in fin. infrā de his qui feudum dare possunt. Quasi teneatur uasallus dominum iuuare contra quamlibet inimicitiam. Sed hæc est nimis restricta. Quia uasallus ad multa alia tenetur, de quibus in c. i. infrā, de noua forma fidelitatis. Ideo ut illa omnia, ad quæ uasallus domino tenetur, comprehendantur sub illa uoce, alij dicunt feudum dici à fide uel à fidelitate. Et hæc etymologia probatur per text. in c. Vnico ff. Nulla, infrā per quos fiat inuestitura. Nam licet in quibusvis rebus alienam fidem securi in fide consistere debeat. I. i. ff. de rebus cred. Et graue est fidem fallere. I. i. in princi. ff. de constit. pecu. Et l. i. in princi. ff. de pactis. Adeo quod etiam hosti fides seruanda sit, ut notatur in l. i. ff. Non fuit, ff. de dolo. Tamen cum uasallus non teneatur domino suo ad quamlibet leuem fidem, sed ei credita sunt persona, res, bona, honores, & quicquid dominus habet. d. c. Vnico, infrā de noua forma fidelita. Ideo feudum, propter quod uassallus domino iurat, meritò à fide siue ab excellenti quadam fidelitate deduci potest. Et ad hoc optimè facit, quod uasallus seu feudatarius in iure communiter appellatur fidelis, ut c. Vnico, cum multis similibus. infrā, An remoueri debeant testes, qui pares esse desierunt. Et sic uox fidelis, est quasi explicatio uocabuli Feudatarius. Et ita tenent Bald. Alua, & dominus Iason, qui multos Doct. idem tenentes allegat. Et tantum de Etymologia sia ue nominis definitione. Nunc redeamus ad definitionem rei.

Benevolentia ex benevolentia, quia dominus sua sponte, & non coacte feendum concedere debet. Hinc est quod feendum appellatur gratia, & non debitum. Quicquid enim ex debito fit, beneficium non est. I. Proximè. ff. de ritu nupt. Sed feendum est beneficium. d. c. Vnico, infrā, in quibus caus. feud. amittatur, Ergo non est debitum. Præterea, quod feendum non dicatur debitum, sed gratia, inde patet. Licit enim concessio principis uel alterius cuiuspiam aliquo modo dici possit debitum. I. i. ff. permittitur, ff. de aqua quot. & æsti. Tamen si coniunixeris extrema feudi, nempe domini concessio nem & uassali seruitia, apparet, quod feendum magis innitatur gratiæ quam uicissitudini seruitiorum, quia redditus ex feudo semper redduntur, seruitia autem rarissime petuntur. Ideo debet attendi in eo, quod plus inest, per regulam: Quod denominatio subiecti fit ab eo, quod plus est in subiecto. I. Domum, ff. de contrahenda empt. I. Quæritur, ff. de statu hominum, I. legatis seruis ff. Si unus, ff. de lega. iij. Gloss. in c. i. in uerbo, substantia, in fine ferè, de restit. spolia. in 6. Ita decidit Bald. in prælud. feud. quem refert & sequitur dominus Iason. An autem & quando feendum possit dici priuslegium, vide Iaso, in prælud. feud. colum. 9.

Alicui. Quod dico alicui, tu non intellige de quibuslibet, sed de habilibus tantum, & feudi capacibus. Qui autem sint habiles & capaces, facile apparebit, si primum docuerimus qui sint inhabiles: Quia contrariorum eadem est disciplina. I. i. ff. de his qui sunt sui uel alieni, iur. Inhabiles autem sunt priusmū Clerici. c. Vnico, de uassallo milite, qui arma bellica depositit. Deinde fœminæ, ut notatur in c. Vnico, infrā de feudo fœminæ. Postremo, omnes quos natura imperfectos edidit, ut sunt muti, surdi, cœci, hermaprophyti &c. de quibus dicemus infrā in tit. An mutus, surdus, uel aliter imperfectus feud. retineat. Alij ergo exceptis his habiles & feudi capaces sunt. *Propria feuda.* Et hæc uera sunt in proprijs feudis, quæ scilicet ideo conceduntur, ut seruia personalia domino præstentur. Secus autem in feudis improprijs, qualia sunt:

DE CONSVENTVD. FEV DORVM.

5

sunt: primò, Si quis acceperit rem in feudū, ut ipse & hæredes sui, & cui ipse dederit, habeat. c. Vnico, inf. de feudi non habent, propriam naturam feudi. Secundò, feudum impropiū, propter quod non debetur seruitium Personale, sed Reale. Qualia sunt feuda quarundam Ecclesiarum Lombardiae, quæ tantum annuos redditus, & non seruitia personalia curant. Et illa impropria feuda, surdi, muti, cæci, clerici, & quilibet alij etiam extranei hæres habere possunt, nisi tenor inuestituræ repugnet, secundum Iason, post Bald. in prælud. feudo.

Dico Gratis, ad differentiam Emphiteosis, quæ non conceditur gratis, Gratis. sed ut praestetur annuus Canon, de quo infrâ dicemus. Secundò, ad differentiam contractus innominati, do, ut des. Tertiò ad differentiam permutatio- nis, ut si una res daretur pro alia, non esset propriè feudum, sed permutatio. Item, Si pecunia & quoque aliæ res simul darentur pro re aliqua, adhuc es- set permutatio, nisi precij pars plus ualeret, quam res data, cum emptio esset, l. feudi partem. ff. de contrahend. empt. l. Si sterilis, & Si tibi, ff. de action. empti. Quartò dico gratis, quia si pecunia & sic precium datur, non est beneuola concessio, sed emptio. Et sic licet feudum possit uendi, c. Ad no- stram, extrâ de rebus Ecclesiæ non alienand. c. Vnico, infrâ de natura feu- di, c. Vnico, infrâ, de beneficio fratris. Tamen, quando uenditur, non est propriè, licet alioqui sit contractus irrevocabilis, secundum Iasonem, in præ- ludijs feudorum. uers. Ex istis. Et uers. nota tamen. Sed tamen super illa quæstione, an scilicet feudum uendi possit, sunt uariæ opinione, quia uide- tur, quod extent contrarij textus. Nam quod uendi possit, extant multi tex- tus, ut d. c. Ad nostram. d. c. Vnicum, de natura feudi. d. c. Vnicum, infrâ, de benefi. fra. Econtrâ autem quod uendi non possit, extat expressus tex. in c. 1, infrâ, de feudo dato in uicem legis commissoriæ. Vbi dicit text. feudum non sub prætextu pecunia, sed amore & honore domini acquirendum est. Ideo glos. in d. c. Vnico, infrâ de benefi. frat. ita distinguit: Aut emit quis rem aliquam à uasallo aliquo cum consensu domini feudi, & ualet contra- ctus, ita, quod nihilominus feudum manet. Et in hoc casu loquitur d. c. Ad nostram, cum similibus. Aut emit à domino, & non ualet ut feudum, quia quo ad dominum requiritur, quod sit beneuola concessio. Et in hoc casu in- telligi debeat d. c. 1, infrâ, de feudo dato in uicem legis commis. Sed haec di- stinctio communiter reprobatur per Doct. Ideo concludunt, quod quis per pecuniam possit feudum emere & perquirere à quocunque, siue domi- nus sit, siue uasallus aliquis, uoluntate domini tamen accedente: hoc proba- tur per gloss. in d. c. 1, infrâ, de feudo dato in ui. legis commis. Et est textus in c. Vnico. ibi. Nisi à dominore redemerit, infrâ, quemad. feu. ad filiam per- tin. c. Vnico. infrâ, de inuestitu. in marit. fac. Et ita concludunt Bal. & Al- uar. post alios in d. c. Vnico, infrâ de benef. frat. Nec obstat c. 1, infrâ, de feudo dato in uicem leg. cōmis. Quia primò respondet uerum esse, quod dominus feudum uendere non debeat, sed gratis concedere; si tamen uen- dit, ualet per regulam, quod multa fieri non debeant; si tamen facta fuerint, teneant. Secundò respondet, quod d. c. Vnicum, ponit tantum gene- ralem clausulam, nempe quod feudum non sub prætextum pecunia, sed a- more domini acquirendum sit. Sed regula est, quod clausula generalis de- bet tantum restringi ad præcedentia illius dispositionis, & non ad alia, Ergo illa clausula tantum intelligi debet in terminis illius c. & non ultrâ exten- di. Loquitur autem illud c. de pacto legis commissoriæ, ergo de eo tantum intelligi debet.

Dico simpliciter datur, quia licet olim non quibuslibet permisum erat in feudare, sed certis tantum personis, quibus summa dignitas, aut antiqua con-

A

suetudo id tribuebat, de quibus in c. Vnico, infra qui feud, da, poss. Hodie tamen quilibet feudum concedere potest, qui bonorum suorum liberam habet administrationem, etiamsi rusticus esset. c. Vnico, in princ. uers. Noui. infra, per quos fiat inuestitura.

Habet tamen feudum cognitionem cum quibusdam alijs contractibus. Et primum conuenit cum usufructu. Sicuti enim usufructuarius in ultima uoluntate de re in qua habet usufructum, neq; etiam per actus inter viuos disponere potest. Quia usufructus eius morte extinguitur. § finitur. Insti. de usuf. Ita quoq; uasallus in testamento de feudo nihil disponere potest. c. Vnico, in prin. inf. de succel. seu. Secundò conueniunt, Nam sicuti usufructuarius non potest uti frui re, in qua habet usufructum, nisi ut salua maneat substantia. Insti. de usuf. in prin. Ita quoq; uasallus uti frui tenetur salua rerum substantia. Quia sine consensu domini neq; alienare, neq; oppignorare, neque quouis modo feudum obligari poterit. inf. per totum. de prohi. feud. alle. per Fridericum. Item, de prohib. feud. alien. per Lotha. Sed in hoc differunt. I. C. de usufr. cum multis similibus. A uasallo autem illa cautio nō exigitur. Secundò differunt, quod usufructus tollitur morte, capitis diminutione usufructuarij, mutatione rei, & quoq; non utendo per modum & tempus &c. d. § finitur. Insti. de usufr. feudū autem morte non tollitur, sed uasallo mortuo devoluitur ad suos descendentes, uel agnatos proximiores, ut inf. per tot. tit. de feud. succel. Itē quoq; non tollitur capitis diminutione, secundū Bal. in d. I. C. de usufr. Neq; etiam tollitur si infra longū tempus quis eo non fuerit usus. Sed sunt certi modi quibus amittitur, de quib. dicemus in tit. In quibus causae feud. amittatur. Et in tit. Quæ fuit prima caus. benef. amitt. Et ideo dici potest secundū doct. quod uasallus habet quidē usufructum, sed neq; formalem neq; causalem. Formalem non habet, quia is tribuit tantum actionē confessoriā. § Aequē. Insti. de actio. Vasallus autem habet rei uendicationem utilē, quia tanquam dominus potest rē feudalem à quo cūq; possessore quasi uendicare. c. Vnico. § Rei. inf. de inuesti. de re aliena facta. Causalem usufructum quoq; non habet, quia is comprehendit plenum dominium, tam proprietatem quam usufructum, ut in feud. proprietas remanet penes concedentem. c. Vnico, in fin. infr. In quibus caus. feud. amitt. Dic ergo quod habet usufructum anno malon siue singularem, seu potius, ut Bal. dicit, impro prium. Et ideo nomen usufructus secundum eum in definitione ponitur impro priē pro utili dominio. Cum Emphiteosi feudū quoq; habet cognitionem. Sicuti enim Emphiteota perpetuus, si annum Canonem soluit, post mortem suam devoluit rem emphiteoticam ad haeredes suos. § Adeō, cum multis similibus. Insti. de locatio. & conductio. Ita quoq; uasallus decedens devoluit feudum suum ad filios suos uel agnatos, ut infra per totum de succel. feud. In hoc autem differunt. Primo, quod in Emphiteosi perpetua ex dispositione iuris succedunt tam masculi quam foeminae, nisi specialis contrahentium conuentio obstat. § Emphiteosim, in Authentico de non alie, aut permut. reb. Ecclesia. colla. 2. In feudo autem ex dispositione iuris soli masculi succedunt. c. Vnico, cum similibus. inf. de successio. frat. Secundò differunt, quia pro Emphiteosi præstatur annuus Canon siue pensio. I. 1. & 2. C. de iure Emphiteo. c. potuit. extrā de loca. Pro feudo autem præstatur seruitium personale, d. c. Vnico, inf. Quibus caus. feud. amitt. Tertiò differunt, quod Emphiteota propria auctoritate expelli poterit, si per triennium annū Canonem etiam non petitum non soluerit. Quia dies hoc casu interpellat pro homine. I. 2. C. de iure Emphiteo. d. c. Potuit, exi. de locato. Vasallus etiamsi in mille annis debita seruitia nunquam prestiterit, ppter ea tamē feudū non amittit, si a domino non est

DE CONSVENTU FEUDORVM.

7

Est requisitus, ut præstet. c. Vnico. & Licet, inf. Si de feud, defun, conten, sit int. domi, & agna, uasal. c., inf. de feud, sine culpa non amitt. Quartò differunt, quod feudum amittitur per transitū ad religionē. Si quis triginta. uers. Qui clericus, inf. si de feu, defun, contentio sit &c. Emphiteosis autē per transitum ad religionem non amittitur, imo transit in Ecclesiam, secundū gloss, in Auctentico ingressi. Et ibi Bart. & alij. C. de sacrosanct, eccl. Alias differentias inter feudū & Emphiteosim, uide apud Ias. in l. i. mihi, in ix. col. C. de iure Emphiteo. Postremo differt feudum à contractu censuali, quod in cōtractu censuali transfertur in accipientem omne ius & dominium, etiam directū, quod habet cōcedens. Et nihil remanet penes eum, nisi quod censuarium obligat ad obligationem annuorum censuum, secundum gloss, & Doct. in c. Constitutus. in uerbo, Iuxta, ext. de relig. domib. In contractu autē feudi transfertur in uasallū solum utile dominium, directo penes dominū manente, de quo uide Ias. super usib. feud. colum. xvij. Et tantū de definitione feudi cum suis partibus. Nunc ad diuisionē progrediamur, quā ab ordine dignitatū tractabimus. Dic ergo primū: Feudū aut est regale seu dignitatis, aut non est regale: Regale feudum est, quod immediatē ab imperatore uel rege prouenit, & habet annexam dignitatem, ut est feudū Marchiæ, Ducatus, Comitatus, uel alterius cuiuspiam regalis dignitatis, de quibus uide cap. Vnico, infrā, quis dicitur Dux, Marchio, uel Comes. Et in his feudis regalibus annexam dignitatem habentibus, hæres uasallī olim non succedebat, nisi ab imperatore uel rege de nouo per inuestituram acquisuisset. c. Vnico, in prin. infrā, de feud. Marchiæ, Ducatus uel Comitatus.

Hodie tamen usurpatum est, quod & in his est successio. c. Vnico, in finz. infrā, de alio, feud. Et gloss, in d. c. Vnico, in uerbo, succedit, infrā de feudo Marchiæ.

Cautum tamen est, quod feuda Ducatus, Marchionatus & Comitatus dicitur non debeant, sed ad unum tantum ex successoribus pertinere. Ita tamen uidi non debeat, sed ad unum tantum ex successoribus pertinere. Ita tamen ut reliqui prouideantur, c. Vnico. & Præterea ducatus, infrā de prohib. feudi aliena, per Fridericum. Sed & hoc hodie de consuetudine aliter obseruat. Ideo dicit Bald. in d. c. Vnico, inf. de feud. March. quod in feudis regalibus siue dignitatis consuetudo præcipue sit attendenda.

DE FEUDO NON REGALI.

Feudum non regale nec dignitatis dicitur, quod conceditur ab inferioribus, à principe uel rege, uel imperatore, nec tamen habet annexam dignitatem, ut si princeps inuestiat quem de aliqua plebe uel plebis parte, c. Vnico, infrā, Quis dicitur Dux, Marchio, Comes, &c.

Pro intellectu istius primæ diuisionis, in quantum dicitur de feudo Regali siue dignitatis, quod scilicet conceditur ab imperatore uel rege, querit Bald. in præludijs feudorū. An imperator uel rex titulo lucrativo uel oneroso ducatus, comitatus uel ciuitatis, imperij siue regni, ita possit alienare, ut successori quoq; præjudicet. Et primū uidetur quod sic. Nam contractus et donationes principiis uim legis obtinent: l. penul. C. de dona, inter virum & uxorem, Secundò facit, quia omnis liberalitas à principe procedens, habet multa specialia beneficia. l. Cū multa, C. de bonis quae libe. Quare uidetur, quod extrahat quādam specialitate & benignitate ualeat talis alienatio. In contrarium uideatur quod non ualeat. Nam quando imperator uel rex coronatur, iurat, quod non uelit diminuere bona imperij uel regni, sed potius augere, unde etiam Augustus dicitur, ut notatur super Rub. prohe. ff. ueteris. Donare autem est dilapidare, & non augere. l. Cū de indebito, cum similib. ff. de proba. Ergo uidetur, quod alienatio non ualeat, etiamsi iuramento uallata sit: Cū prius iuramentum de non diminuendo deroget secundo de non reuo-

A 107

cando, per text. ad literam in c. Intellecto, extrā de iure iur. Secundō tales gratiæ & concessiones plerūq; præsumuntur surreptitiæ. Ergo non ua-
lent &c. l. Vnica, de his qui à prin. uaca, accep. lib. x. Pro uitanda itaq; con-
trarietate ita distingue secundum Doct. Aut imperator uel rex in totum alie-
nat res imperij siue regni, ita quod à se abdicat omne dominium, iurisdictio-
nem & dignitatem, & non ualet alienatio, etiamsi iure iurando firmata fu-
set de ea non reuocanda. d. c. Intellecto. de iure iurando. Et in hoc casu in-
telligi possunt iura pro secunda opinione adducta. Aut non in totum alie-
nat, sed ita, ut retineat directum dominium, superioritatem, & dignitatem
imperiale, ut sit quando quem infeudat de Comitatu &c. Et dicitur aut infeu-
datio fit super quota imperij siue regni, ut super dimidia, tertia uel quarta par-
te, & quoque non ualet. Et ita adhuc intelligi potest d. c. Intellecto, secundū
dd. ibi. Aut non fit super quota, sed super certa aliqua re, & tunc aut fit la-
pius, ut si imperator passim daret in feudum, nunc hunc ducatum, nunc ali-
um, ita quod infeudatio tenderet in magnam diminutionem iurisdictionis
Regalis, & quoq; non ualet, per ea quæ notantur in c. Grandi, de supple-
da negligentiâ prælatorum, in sexto. Aut nō fit sæpius, & tunc aut alienatur,
infeudando preciosum quiddam, ut insignis aliqua imperij ciuitas siue duca-
tus. Et solus imperator siue rex sine consensu principum & statuum imperij
feudare non potest. Argumento eorum, quæ dicit Arch. in c. Cūm redem-
ptor. 12. q. 2. Aut res non est usque adeo preciosa, neque diminuit iurisdicti-
onem & dignitatem imperiale, & ualet alienatio, ita, quod successor in re-
gno uel imperio præiudicat, per text. in c. Vnico, infrā, Qui feu. dare pos-
sunt. c. Vnico, infrā de natura feudi. Et hoc refer ad alienationes episco-
porum, ducum, &c. Item refer ad illam questionem, an donatio Constanti-
ni in Papam Sylvestrum ualeat, de quibus uide nota. in c. Abbate, de re iure
dicata, in sexto, Bal. in c. Licet causam, extrā de proba. Canonistas in d. c. In-
tellecto, extrā de iure iurando. Bart. in Prohe. ff. uete, super rub. Et in. I. Pro-
hibere. § Planē, ff. Quod ui aut clam, Bald. & Iaso, in prælud. feud. super
1. diuisione.

Feudum non Regale, habet multas subdivisiones. Prima est, quod aliud
est purum, simplex & rectum, Aliud uero non est purum uel simplex, sed
qualificatum:

Feudum purum siue rectum primò dicitur, in cuius concessione non sunt
determinata certa seruitia, sed uassallus domino seruit quoties opus fuerit, c.
Vnico, in fin. infrā, in quibus caus. feud. amitt.

Secundō dicitur purum & rectum feudum, cūm aliquis adipiscitur posses-
sionem feudi sine inuestitura, præcedente licentia domini, astantibus & pre-
sentibus paribus conuassallis Curiae. Et illa licentia domini tantum operatur,
quantum inuestitura. Ideoq; est transmissibile ad haeredes. c. Vnico, in prin;
inf. de consuet. recti feudi. Si autem illa licentia adipisci possit, non
esser à domino permitta conuassallis non presentibus, esset quidem feudum,
sed personale, & per hoc non transmissibile ad haeredes, secundum gloss. in d;
c. Vnico, inf. quibus mod. feud. consti. potest.

Feudum uero nō simplex nec purum dicitur, quando in concessione sunt
annexa certa seruitia, uel adiecta certa conditio.

Exemplum:

Si dominus concederet uassallo rem aliquam sub illa conditione, ut astet
mensæ domini, uel in festiuis diebus uadat cum uxore domini in Ecclesi-
am. c. Vnico & Præterea, infrā, Quid sit inuestitura. c. Vnico, in fin. ibi, si
ue seruitum illud nominati⁹ &c. infrā, in quibus caus. feud. amitt. c. Vni-
co, in fin. iuncta gloss. in uerbo, ad certum, infrā, de capita, qui curiam uen-
didit. • Tertia

DE CONSVENTVD. FEVDORVM. 9

Tertia diuisio, & omnium præcipua, hæc est, quod feudum aut est nouum, aut paternum, aut antiquum.

DE FEVDO NOVO.

Feudum nouum dicitur, quod est de novo acquisitum, & habuit instiutum in persona istius primi inuestiti iam præsentis, uel proximi defuncti, c. Vnico, infrā, Qui test. sint necel, ad no, inuesti. Et in hoc feudo succedunt neque ascendentes, neq; collaterales, sed tantum descendentes illius primi acquirentis, c. Vnico, inf. de natura success, feudi. Sumpio argum, à contrario sensu, c. Vnico, infrā, de succes, frat.

Inuestitura autem illius noui feudi probari non potest per quoslibet testes, etiamsi in alijs actibus sint omni exceptione maiores, sed requiruntur patres Curie, hoc est conuasallique breue testatum, de quo dicemus infrā in d. c. Vnico, Qui testes sint necel, &c. An autem episcopi de nouo feudum concedere possint, Vide que habentur in c. Et extra de feudis,

DE FEVDO PATERNO, SIVE AVITO.

Paternum siue auitum feudum dicitur, quod ab ascendentibus quæsitum est, & dicitur paternum usq; ad quartum gradum ascendendo, hoc est acquisitum à patre, auo, pro. auo, abauo, uel atauo inclusiuè. Et in illo succedunt tam descendentes quām collaterales, ita tamen quod primus acquirens communis parens eorum fuit, c. i. uers. Paternum, infrā, de natura success, feudi.

DE FEVDO ANTIQVO.

Antiquum feudum dicitur, quod est acquisitū per ascendentēs, ultra quartum gradum, & sic ante atavum, & in eo succedunt omnes, qui à primo acquirente originem traxerunt, salua gradus prærogatiua, d. c. Vnico, in fin, inf. de natura succes, feudi. Ita decidunt Doct, in prælud, feudi. Bald, & Iaso, in tertia diuis. Alua, in c. diuisio.

Ex predictis ergo infer secundum Bal, quod licet quis de feudo paterno siue antiquo de nouo inuestiatur, tamen manet paternū siue antiquum, Cūm nec propterea efficitur nouum, ideò si pater decrepitæ ætatis in uita sua fecit filios suos de feudo suo infeudari, istud feudum nihilominus manet antiquū siue paternum, c. i. infrā, de uasal. decrep. ætat. Et uide Iaso, in prælud, feudi mihi, in colum. 25. Quod autem ad successionem attinet, in quibuslibet feudi nota regulas infallibilis.

Primò, quod nulli in eis succedunt qui ex primo acquirente natū non sunt, licet sint agnati, ex eius familia siue prosapia orti: In his autem qui ex primo acquirente orti sunt, obtinent primum locum descendentes masculi, filii & nepotes in locum patrū suorum succedentes, quibus deficientibus, qualiter nepotes in locum patrū suorum succedentes, quibus deficien- uocantur defuncti fratres, fratrūq; liberis simul in stirpes: quibus deficien- tibus habet locum Regula: Qui prior est gradu, potior est iure, c. Vnico, de succes, feudi. c. Vnico, de succes, frat. c. Vnico, inf. de natura succes, feudi.

Pro expeditione istius secundæ subdivisionis, mouet dominus Iason quæstionem, quam dicit esse notabilem, & tam utilem, quām ulla alia in usib. feudorum esse poterit. Quid si dominus concedit uillam aliquam in feudum de nouo. Et in inuestitura dicit, quod sit, uel censeatur paternum, auitum siue antiquum. Quæritur, utrum propter talia uel similia uerba feudum, quod in rei ueritate nouum est, suam naturam immutet, & feudi antiqui siue paterni naturam acquirat, ita quod descendantibus non extantibus possit deuoluti in collaterales. Item, quod in proximiores agnatos, sine consensu domini alienari possit, quod alioquin non liceret, si maneret nouum feudum.

Bald, in c. i. uers. Extra, infrā de alie, feudi, pater, simpliciter tenet, quod feudum

feudum propter huiusmodi uerba assumat omnes qualitates feudi paterni, siue antiqui, argumento l. Quicunque, in prin. C. de omni agro deser. libro xi. Ibi enim noua Emphiteosis propter concessionem principis, ita pertinet ad Emphiteotam, ac si ex aucta uel proauita successione ad eum peruenisset. Ita quoque hic in feudo nouo dicendum est, propter concessionem domini. Cum bonum sit argumentum ab Emphiteosi ad feudum, & econtra. Sunt enim cognata, ut suprà diximus. Et facit pro hac opinione quod dicit Bald. in cap. Vnico & Hoc quoque, uers. Si concessum, infra de successione feudi. Quod illa uerba in feudum antiquum siue paternum idem ponuntur in uestituris, ut per ea omnes dubitationes cesserent. Ergo &c. Tertiò facit pro illa opinione, quod feudum regulatur secundum tenorem uestituræ, adeo, quod ex pactis specialiter adiectis etiam natura feudi mutetur.

Exemplum.

Contra naturam feudi est, ut foemina succedat, quia non potest praestare seruitia, per uulgaria. Et tamen, si id specificè inter dominum & acquirentem actum est, ut foemina succedat, sit ipsa per hoc capax feudi. c. Vnico. & fina. Ibi, item si uasallus, infra, quid sit uestitura. Ergo idem hic uideatur dicendum, quod scilicet feudum nouum mutet suam naturam, & acquirat naturam antiqui feudi propter specialia pacta, & tenorem uestituræ. Ita quoque in effectu decidit Alua, in c. Vnico, uers. Quæro quid si, infra de uasal. decrep. æta.

Contrariam opinionem dicit dominus Iason tenere Oldradum in consilio 177. incipienti, factum tale est, quidam nobilis &c. Et pro ea uidentur fas cere, Primò, Nam si feudum reuera est antiquum, certum est, quod propter nouam uestitiram non mutat suam naturam, ut quoque nouum fiat, sed manet antiquum. d. c. Vnico, infra de uasal. decrep. æta.

Ergo econtra, si feudum uerè est nouum, non potest dici, quod acquirat naturam paterni siue antiqui feudi, propterea quod pro paterno siue antiquo conceditur. Tenet consequentia, quia contrariorum est eadem disciplina. Instiuit, in princ, de his qui sunt sui uel alien. iur. l. i. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur.

Secundò facit, licet dicatur in uestitura, quod tale feudum sit antiquum, tamen hoc tantum simulatum est, reuera enim est nouum feudum. Sed regulâ habemus, plus ualere quod in ueritate agitur, quam quod simulatum concipitur. C. per totum, plus ualere quod in ueri. agi.

Tertiò facit. Nam quædam personæ sunt, quæ feudum antiquum & paternum concedere possunt, nouum autem concedere non possunt. Quales sunt episcopi & alij prælati Ecclesiarum. Ne scilicet patrimonia Ecclesiarum minuantur. c. 2. cum similibus, extræ de feud.

Si ergo per huiusmodi uerba, in feudum paternum siue antiquum &c. nouum feudum mutaret suam naturam, & fieret antiquum siue paternum. Sequeretur, quod illæ prohibitæ personæ sàpè in fraudem iuris concederent noua feuda sub specie antiquorum; quod esset absurdum & inconveniens Ecclesijs, sicuti colligit Bald. in prælud. feud. in tertia diuisione.

Tu pro uitanda contrarietate, & pro intellectu istius questionis ex mëte doctorum ita distingue: Aut is qui concedit feudum nouum cum illis uerbis, quod sit uel censeatur antiquum, est talis persona, quæ ex iuris dispositione de nouo liberè potest infeudare. Quales sunt Imperator, principes, duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij domini seculares. Et per illa uerba, Sit uel censeatur antiquum, sit muratio noui feudi, & acquirit natu-

ram

DE CONSVENTVD. FEVDORVM.

11

ram antiqui, ita quod in eo tam descendentes, quam collaterales succedere possunt. Et id quoque sine domini consensu in proximiores agnatos alienari poterit. Ita in effectu decidit Bald. in prælud. feud. in iij. diuisione. ibi. Non tamen nego. Et dominus Iason in prælud. feud. in iij. diuisione. uers. Adde quod cum decisione &c. Et in hoc casu intelliguntur lura & rationes pro prima opinione adductæ. Aut concedens in feendum cum uerbis de quibus suprà, est talis persona, quæ de nouo infeudare non poterit, ut Episcopus uel prælatus Ecclesiæ &c. Et dic: Aut illa uerba, scilicet, Inuestio te tanquam de ueteri feudo &c. sunt posita in antiquo instrumento, & censemur feendum antiquum. Propter antiquitatem enim omnia presumuntur uera & solennia, secundum nota. Per Cy. Bald. & alios in I. Emancipatione. C. de fide instru. Bart. in I. Admonendi mihi, in septima columna. Et ibi quoque dominus Iason. ff. de iure iurando. Iason hic in tertia diuisione uers. Subdit. Aut illa uerba enunciatiua sunt posita in instrumento nouo. Et subdistingue: Aut solus Episcopus siue prælatus non adhibito Capitulo concessit. Et est usus his uerbis. Et non est dubium, quod adhuc non censetur feendum antiquum. Nam ubi uera subsistentia & essentia certa facit negotium uel contractum esse licitum, qui alijs à iure est reprobatus, propter personas uel alias rationes, tunc simplices uerborum Cautiones, uel partim enunciationes nihil probant, nec eis est standum. Sed magis ex huiusmodi uerbis circumuentio iuris presumitur, nisi sic esse per legitimas probationes doceatur. I. Qui testamentum. ff. de probatio. I. Cum quis. ff. Titia. ff. de legatis tertio. I. Non epistolis. & I. Non nudis. C. de probatio. Ethoc est quod habetur in I. Si forte, & quæ ibi notat Bart. ff. de Castren. pecul. Vbi dicitur, quod uerba enunciatiua siue narratiua non probant inter eos, qui non possunt liberè disponere;

Sed in Episcopo siue alio prælato Ecclesiæ requiritur, ut feendum reuera & essentialiter sit antiquum siue paternum, alioqui non potest concedere; d. c. 2. extrà de feud. Ergo eius nuda assueratio, quod dicit in instrumento esse antiquum feendum, nihil operatur, sed habetur pro nouo, & per consequens concessio est nulla, d. c. 2. extrà de feud. Nisi per alias legitimas probationes doceatur feendum antiquum reuera esse. Tenet consequentia. Quia ubi facto opus est, uerba non sufficiunt. I. Acceptam. C. de usuris. I. dominium, ff. ad municipales. c. 1. extrà de eo qui mittitur in possess. caus. refueran.

Aut solus episcopus siue prælatus non est usus his uerbis, sed adhibuit totum capitulum. Et subdistingue: Aut prælatus & capitulum simpliciter & si ne iuramento in instrumento enunciant esse feundum antiquum, & adhuc non habetur pro feudo antiquo, nisi alijs rationibus probetur, censetur enim & id in fraudem legis fieri. Nam prælatus cum toto Capitulo non potest res Ecclesiæ alienare, nec de nouo infeudare, nec etiam de nouo in emphiteos sim concedere, nisi summa necessitate siue utilitate suadente. I. Iubemus nulli, in prin. & ff. scientes. Nec si omnes Clerici cum religioso episcopo in alienationem consentiant. C. de sacrosanc. Eccl. Clem. 1. de rebus Eccl. non alienan. c. 1. de rebus eccl. non alienan. in sexto. Aut Episcopus siue Capitulum non simpliciter enunciant esse feendum antiquum, sed iurant. omnia presumuntur uera. Maximè si prælatus est diligens & honestus. Et in c. Sunt uiri prudentes. Alioquin si securus diceretur, reprehendetur de periurio. Et in hoc casu propriè loquitur Bal. in iij. diuis. in prælud. feud. Cum quo cōmuniter dd. quo ad hanc partem, consentiunt. Licer d. Ias.

d. Ias. in tertia diuisione uers. Tu ultra omnes, nitatur eum, etiā in hoc quantum scilicet de iuramento dixit, reprobare, quibusdam rationibus.

Et reprobat Iason hoc per id quod Bald. dicit c. 1. Item Sacraenta uers. Quāero utrum iuramentum prælati, in frā de pace iur. fir. Vbi dicit Bald. quōd iuramentum prælati non dat robur contractui celebrato cum Ecclesia &c. Sed hoc nihil facit contra postremum membrum prædictæ distinctionis. Nam in eo non habetur, quōd propter solius prælati iuramentum feudum in terminis, de quo suprā, censeatur antiquum: non negatur quōd solitus prælati alienatio etiam cum iuramento non posset præiudicare Ecclesiam. Sicuti est textus in c. Intellecto, iuncta glosa, ibi in uerbo, Regni, ext. de iure iuran. Sed ita habetur in illa distinctione, quōd tum demum habeatur pro antiquo feudo, si ipse prælatus unā cum c. iurat antiquum esse. Et præterea additum est, Si prælatus est diligens, & in Capitulo sunt honestæ personæ. Allegat quoque dominus Iason alias rationes à simili, quas ipse uide in tertia diuisione in prælud. feud.

Secundō potest quærī circa hanc materiam: Quid si feudum reuera erat antiquum, paternum siue auitum. Et Vasallus commisit feloniam contra personam domini, ita quōd per eam feudum amiserit, & reuersum fuerit ad dominum. Dominus autem remisit feloniam, nec usus est suo iure, reuocando scilicet feudum. Quæritur, utrum tale feudum post illam feloniam & remissionem habeatur pro antiquo uel nouo. Et omissis superfluis deciditur communiter, si nulla noua forma est addita, quōd propter feloniam remissionem non dicatur nouum, sed maneat antiquum. De hac quæstione dicimus in frā.

Tertiō nota obiter hic, quōd in dubio, quando scilicet non constat utrum feudum sit antiquum uel nouum, præsumitur esse antiquum, & non nouum. Ideō domino dicenti nouum esse incumbit onus probandi, quōd sit nouum, nisi ipse dominus sit in quasi possessione nouitatis: de qua quæstione dicemus in frā c. Vnico, de success. frat.

Tertia subdivisio feudi non Regalis est, quōd feudorum quædam habent propriam naturam feudi: Quædam uero habent impropriam naturam.

Propriam naturam dicitur feudum habere, quod conceditur masculo laico non cæco, claudio, aut manco siue imperfecto, ad hoc ut præstet seruitium personale, nec alienet sine consensu domini & agnatorum: de quo in c. Vnico, in fin. inf. In quibus causis benef. amit. c. Vnico, inf. de alie. feu. pater. c. 1. inf. de prohib. feud. alie. c. om similibus.

Impropriam naturam habet feudum, quod conceditur clericis, foeminis, cæcis, claudis, & alijs imperfectis, de quibus in c. Vnico, inf. quemadmodum feudi, ad fœm. pertin. c. Vnico, inf. de feud. fœm. c. Vnico, inf. an mutus uel aliter imperf. feud. retineat. Item habet impropriam feudi naturam, si ita conceditur, quōd Vasallus poterit uendere, donare, legare, uel alio modo per actus inter uiuos siue in ultima uoluntate sine consensu domini alienare. de quo in c. 1. inf. de feud. non habent propriam naturam feudi.

Vt autem sciatur, quod feudum propriam uel impropriam feudi naturam habeat, ex ipsa inuestitura querendum est. Nam in usibus feudorum maximū est, quōd semper ad tenorem inuestituræ recurri debet. Nam is omnis feudorum iuri derogat, & uim contractus ostendit. c. 1. & quæ ibi notat Bald. & alijs, cum multis similibus, inf. de duob. frat. à capit. inuest. Bald. & Ias. hic in quarta diuisione. Quarta diuisio est, quōd feudorum aliud est paternum, aliud maternum.

Paternum, de quo hic loquimur, dicitur, cuius natura respicit tantum ad masculos descendentes, non autem foeminas. c. Vnico & Similiter, inf. de l. Corrad.

Maternum

Maternum dicitur, quod primum pertinet ad descendentes masculos, & illos deficientibus ad foeminas. Et sic in hoc feudo excludit filius filiam, Filia autem fratrem defuncti uel alium collateralem. c. Vnico, infrā de feudo foemini. Sicuti autem largè loquendo feudum dicitur paternum, quod à quoque ex superioribus quæsitum est. c. i. uers. paternum, inf. de nā, succels. feudi. Ita quoque maternum dici potest quodcumq; foemina ex superioribus acquisiuit, quodq; fuit agnationis communis. Bald. idem dicit esse in feudo acquisito per atium maternum, qui fuit inuestitus pro se & filijs filiæ. Nam hoc ex agnatione descendit, & prouenit ad filios per foeminam.

Quinta diuisione est, quod feudorum aliud dicitur Reale, aliud Personale. Feudum Reale est perpetuum feendum, quod actiuē & passiuē ad hæredes transit, hoc est, in quo hæredes concedentis mortuo concedente acquirunt directū dominium. Et econtrā hæredes accipientis utile dominiū. Sicuti regulariter sit in feudis, quia unusquisq; sibi & heredibus suis intelligitur prospicere. c. i. in prin. infr. de succelsio, feudi. c. Vnico, inf. de duobus frat. à cap. inuestitis, c. i. in fin. infrā, in quibus caus. feud. amit.

Feudum Personale subdiuiditur. Quoddam enim dicitur personale in spe, quodam uero personalissimum.

Personale in specie dicitur, quod transit tantum ad hæredes dantis, non autem ad hæredes recipientis, in quo proprium est usufructus, ut, quando feendum expressè conceditur ad uitam alicuius tantum, ut est feendum Guardiæ. c. Vnico, infrā de feud. Guard. Item feendum habitationis, c. Vnico, ibi dum uixerit, infrā, Quibus mo. feud. consti. possit.

Feudum personalissimum dicitur, quod ex sui natura neque ad hæredes dantis, nec ad hæredes recipientis peruenit. Ideò morte dantis finitur, licet accipiens adhuc uiuat. Et contrā morte accipientis finitur, licet dans adhuc uiuat. Et sic nusquam ad hæredes peruenit, quale est feendum Soldatæ, quod consistit in annua quadam & gratuita præstatione, siue sit in pecunia numerata, siue uino, siue frumento. c. Vnico & Soldata. inf. quis dicitur Dux, Marchio, Comes &c.

Sextam diuisionem ponit dominus Iason hic, quam alij nō tangunt, quod feudorum quoddam est transitorium ad filios tantum, ut est feendum nouum: Quoddam uero est transitorium, non tantum ad descendentes, uerum etiam ad collaterales masculos & agnatos, à primo acquirente prouenientes, ut est feendum paternum, autum & antiquum. Et de his suprà dictum est.

Quoddam uero transitorium est etiam ad extraneos hæredes, quando scilicet quis accepit feendum pro se, & cui uel quibus ipse dederit. c. Vnico, inf. hen. de feudo non habente propriam naturam feudi.

Quoddam uero est, quod ad neminem penitus transit post mortem uasalli, ut est feendum dignitatis, ut Marchiæ, Ducatus uel Comitatus &c. De quibus suprà in i. diuisione: Quia talia feuda de iure non sunt transitoria ad filios, licet de consuetudine contrarium usurpatum sit, ut suprà diximus. Item huc refer feuda personalia & personalissima, de quibus proximè diximus.

Circa istam diuisionem de feudo personali & personalissimo, mouet Bald. questionem. Pone dominus concedit mihi rem in feendum, his uerbis: Concedo tibi domum & feendum in feendum, ad utendum & fruendum. Quæritur, Gentessen utrum propter talia uerba, ad utendum & fruendum, feendum morte uasalli vnde gebrauchen.

Et uidetur primò, quod tale feendum morte impetrantis finiatur, nec pertinet ad hæredes uasalli, per tex. in l. Si habitatio, in prin. & & Sed si. ff. de usu & habita. Vbi habetur, si habitatio relicta est, ut quis ea utatur & fruatur, non transeat ad hæredes &c. Et hanc opinionem tenet Bald.

Contraria opinio, scilicet quod feudum his uerbis ad utendum & fruendum concessum, non finiatur morte impetrantis, sed transeat ad haeredes masculos, uidetur uerior. Nam certum est, quod illa uerba uti, frui, in concessione posita constituunt usufructum. Instit. de usufru. in principio. Et tamen in definitione feudi habetur, quod proprietas rei feudalismaneat penes concedentem. Usufructus uero pertineat ad uassallum, eiusque haeredes, per text. ad literam, in c. i. §. Imprimis, inf. In quibus caus. feud. amittit. Ergo illa uerba, ad utendum & fruendum in concessione, non impediunt quo minus res concessa perueniat ad haeredes impetrantis. Et ratio est, Quia uerba in dispositionibus posita, intelliguntur secundum subiectam materiam. Et sic secundum naturam contractuum, super quibus interponuntur, l. Si uno, in prin. cum similibus, ff. locati. Natura autem contractus feudi est, ut non finiatur morte impetrantis, sed perueniat ad haeredes & successores masculos. c. i. §. Cum uero, infra tit. primo, c. i. in prin. inf. de success. feud. c. i. inf. de success. frat. Ergo illa uerba ad utendum & fruendum in concessione posita, debent intelligi secundum naturam contractus feudalium, ut scilicet feudum morte impetrantis non finiatur, sicuti etiam uerbum usufructus, in definitione feudi positum, communiter per dd. exponitur pro utili dominio, quia natura contractus feudi id requiritur.

Et pro hac opinione uide plures rationes apud D. Ias. circa sextam diuisiōnem feudi. Nec obstat huic decisioni d. l. Si habitatio. Quia ibi de natura contractus est, quod res ad habitationem, uel usum relicta non transit ad haeredes, sed finitur morte, §. finitur, Inst. de usufru.

Septima diuisio est, quod feudorum quoddam est ligium, quoddam non est ligium.

Feudum ligium dicitur, in quo iuratur fidelitas concedenti, contra quemlibet, nemine dempto. Et dicitur ligium a ligando, quod illi soli ligatus est. In hoc autem feudo requiruntur duo. Primum, quod is qui concedit, non recognoscet superiorem, quales sunt: imperator, summus pontifex, reges Gallie, Hispanie, Anglia, Scotie, Danie, Polonia, Hungaria, & similes. Alioquin, si superior em recognoscerent, feudum ligium concedere non possent, p. tex. in Cle. Pastoralis § Rursus, iunc. gloss. in uerbo, homoque ligius. De sententia & re iudicata:

Secundum, quod is qui feudum ligium consequitur, quoque non recognoscet alium superiorem, nisi eum, a quo habet feudum ligium. Quales sunt omnes duces, Marchiones & Comites imperij Romani, qui post Cæsarem superiorem non recognoscunt. Ideo sunt ligii imperatoris. Fieri autem potest, quod quis sit ligius unius, & uassallus alterius.

Exemplum.

Principes Germaniae sunt ligii imperatoris, quia iurant imperatori fidelitatem salua tali excepta. Deinde quidam sunt uassalli regis Bohemiae, Poloniae, uel Danie, illi iurant regibus fidelitatem, salua tamen imperatoris fidelitate, uide gloss. & quae ibi notan. in d. cle. Pastoralis § Rursus. De sen. & re iud. Spec. in § Quoniam, in titulo de feud. Et dd. hic in decisionibus.

Feudum non ligium dicitur, quando in concessione & iuramento exceptum.

Homagium tur prior dominus, cui iam est ligatus, ut si facio tibi homagium, fidelitate excepta, qua tali domino meo teneor. c. i. § fina. infra, hic finitur lex. &c.

Iudicium, quod *uassallus* *præstitutus*. Sunt autem quædam differentiae inter feudum ligium & non ligium. Prima est, quod omnia bona etiam non feudalia hominis ligii, licet non habeat a dominoligio in feudum, sunt sub iurisdictione domini directi, exceptis illici, quae ab alio in feudum habet, securus in uassallo non ligio, in quo dominus habet tantum iurisdictionem, limitatam in bonis feudalibus, non autem in alijs, ut notatur in c. Caterum, ext. de iud. Ratio autem differentiae est, quia homo ligius

ligius principaliter obligat personam suam, & subiicit domino. Ideo per consequiam uidetur quoq; subiecisse bona quasi accessoriæ aduenientia. Arg. I. Si paterfamilias, ff. de adopt. & authentica ingressi, C. de sacrosanc. eccl. Homo autem non ligius non obligat personam suam, nisi quatenus se feudū extendit, secundum Spec. in § Quoniam, uers. 17, in tit. de feud.

Secunda differentia, licet in feudis non ligijs regulariter licitum sit pœnitentia, & sic refutatio. c. Vnico, & quæ ibi notan. infrā de uas, qui contra constit. Lotha, &c. Et notatur in c. i. § fina, inf. de cap. qui cur. uend. In feudis tamen ligijs non habet locum pœnitentia, nec refutatio, quia principis beneficium debet esse durabile. § Illud, in fin. in authentico, constitutio quæ dignata, & episcopa, fil. libe. à pat. potest.

Tertia differentia est, quia licet in causa feudali sint diuersi iudices, secundum diuersitatem causarum occurrentium, & ordinariè pares Curiæ. c. i. inf. de contro. feud. apud pares termi, &c. Tamen in feudis ligijs solus princeps potest cognoscere, quia solius principis est illud instituere, uel destruere, ut diximus in definitione feudi ligij.

Quarta differentia est, quod in feudo ligio poterit quis esse tantum uassallus unius. In feudo autem non ligio poterit quis esse uassallus duorum uel pluriū, secundum gloss. in d. Cle. Pastoralis. de senten. & re iudicata.

Dictum est proximè, licet regulariter quis non possit esse ligius plurium, tamen uassallus duorum aut plurium poterit fieri. Nunc pone, quod Titius est uassallus duorum, sicuti fieri potest pro diuersis feudis, & inter duos dominos mouetur bellum, uterque requirit Titium ut iuuet eum propter homagium & feendum. Quæritur, utrum teneatur neutrū iuuare, uel utruncq; uel saltem quem ipse elegerit. Et in hac quæstione sunt opiniones. Prima est quorundam, qui indistinctè concludunt quod neutrū iuuare teneatur. Nam quan-

do una res debetur duobus, qui circa eam conuenire non possunt, alter per alterum impeditur. I. quoties, ff. de usufr. Quare cum hic Titius spectet ad utruncq; & ipsi conueniri non possunt, uidetur, quod alter alterum impedit, et ipse sit excusatus donec conueniant. Secundò, dicunt neminem posse duabus dominis contrarijs seruire, quin alterū offendat, c. clericus. 21. q. 1. Quare ne unū iuuando uideatur alterum offendere, consultius est neutrū iuuare.

Alia est opinio quorundam dicentium, quod utruncq; iuuare teneatur, pro viribus feudi, alioqui feendum amitteret. Nam licet difficile sit utruncq; seruire, tamen illa difficultas non uitiat nec perimit obligationem. Imo non iuuando uidetur feendum amittere, cum causa difficultatis ad incommodum promissoris & uassalli, non autem ad impedimentum stipulatoris siue domini feudi pertineat. I. Continuus § Illud, ff. de uerb. oblig. Præterea optimè fieri poterit, quod simul & semel duobus dominis seruiat, per tex. in l. Duorum, cum ibi nota, ff. de oper. liber. Tertiò est opinio quorundam dicentium, hoc casu locum esse gratificationi, hoc est, si uassallus utruncq; iuuare non poterit, stet in eius arbitrio, quem uelit iuuare ut excusetur, quantum ad alium quem non iuuat, ad instar serui dominorum, qui si uiderit duobus dominis imminere periculum mortis, si utruncq; liberare non poterit, satis est unum liberare quem ipse elegerit, & respectu alterius excusatur. I. Si quis graui §. Si cum omnes, ff. de S. C. Sill.

Tu dic brevibus, quod de rigore iuris uassallus duorum tenetur eum iuuare, cui fecit primò homagium. Cum in homagijs sequentibus uassalli iuuare debeant adiecta clausula, iure prioris domini excepto. Hoc probatur per tex. ad literam in c. i. § fina. & ibi Bal. infrā, hic finitur lex &c. Et est text. in c. Imperiale § Illud quoq; inf. de prohib. feud. alie. per Frise. I. In operis, ff. locati. Licet tutius & æquius sit dominum antiquorem, cui scilicet pri-

mō factum est homagium, iuuare personaliter; alium uerō, cui secundō fecit homagium, iuuet per substitutum, iuxta uires ipsius feudi. Et in hoc non ui-
detur delinquere contra priorem dominum, cū uasallus hoc non faciat an-
imo nocendi, sed causa sibijs consuendi, ne scilicet feendum à secundo do-
mino amittat. Ita decidit Spec. in §. Quoniam, uers. 12, quæritur, in tit. de feu-
dis. Bal. in l. 1. §. Ne autem, uers. habeo duo feuda. C. de cadu. tollen.

Octaua diuisio est, quōd feudorū aliud est Francū, aliud uerò nō Francū.
Feendum Francum dicitur, quod est liberum à pœnis & seruitijs siue o-
peris uasallorum, secundum Bald. in prælud. feud. Licet autem hoc nomen
Francum non reperiatur in usib. feu. Tamen habetur æquipollens, ut inf. de
feud. non hab. prop. naturam feud. secundum las. hic. Dico in definitione li-
berum. Quia uasallus habens feendum Francum, planè est sui iuris, paucis do-
mino reseruatis, secundum Bal. in c. 1. inf. de cap. corra. Dico à pœnis, quia hu-
iusmodi uasalli securi sunt à pœnis legalibus, scilicet, quōd uasallus habens
tale feendum, non facile incidit in commissum. In hoc tamen distingue: Aut
vasallus dolo & fraude aliquid agit, puta lædendo dominum ex proposito, uel
non indicando insidias structas domino, tum incidit in cōmissum, secundum
Hostien. Aut aliquid agit contra dominum non dolo & fraude, ut alienando
rem feudalem, & non incidit in commissum, ut notatur in c. fina. de rebus ec-
cle. nō ali. Dico seruitijs siue operis uasallorum. Nam cū dictio Francum si-
gnificet liberum siue solutum, & communis uerborum significatio tenenda
est. c. Ex literis, cum similibus, ext. de sponsa. Ideo illa indefinita locutio red-
det uasallum omnino liberum & ab omni seruitio absolutum. I. In tradendis,
cum ibi nota. ff. Communia prædiorum. Sed inde uidetur sequi absurdum,
propter manifestam contrarietatem, & quōd propterea talis infudit uale-
re non debeat. c. Sollitudinem, in glos. fi. ext. de appell. l. Vbi repugnantia.
ff. de reg. iur. Si, n. esset omnino liberum, potius esset donatio quām feendum;
Sicuti, n. quis non potest esse liber & seruus simul, ita quoq; non poterit esse
nō obnoxius & uasallus simul. Ideo lo. And. in addi. ad Spec. super Rub. tit.
de præscrip. ita distinguit: Aut in concessione tali feudi fuerūt aliqua seruitia
expressa, & ad illa tenet uasallus ppter cōventionē. Arg. l. ut iuris iurandi §.
Iurare. ff. de ope. libe. Aut nulla seruitia sunt expressa. Et tunc aut præstitit iu-
ramentū fidelitatis, & tantū ad ea tenetur quæ habētur inf. in tit. de for. fide;
cū tit. seq. Aut nullū præstitit iuramentū, sicuti poterit in prima concessione
constitui ut non iuretur. c. 1. in prīn. inf. de cap. cor. Et adhuc tenetur ppter
feendum ad ea quæ habentur in d. tit. inf. de for. fidelī. Ad alia autē nō tenetur

Feendum uerō non Francum est, in quo uasallus ita obligatur domino
ut facile in pœnam incidat, si scilicet feloniam commiserit in dominū, uel feu-
dum sine consensu domini alienauerit &c. de quibus inf. in tit. Quib. modis
feu. amitt. cum similibus. Et de hoc feudo loquitur totus hic liber feudorum;

Differit autē à superiori in multis. Prīmō, quia in feudo nō Franco ecclesia
nō succedit. Nūquā, n. reuerteretur ad dominū, cū ecclesia nō desinat esse.
c. 1. §. Mediolanenses. inf. de alie. feud. In feudo Franco autem ex pacto uel
consuetudine succedit Ecclesia, salvo iure domini, ut notatur in d. c. Cū in-
ter dilectos, ext. de fide instru. & in d. c. fi. de rebus eccl. non alie. Secunda dif-
ferentia est, quōd uasallus de feudo non Franco testari nō potest. c. 1. cum si-
milibus. inf. de suc. feu. De feudo tamen Franco testari poterit cū sit liberū;

Nona feudi diuisio est, quōd aliud est Annale, aliud non Annale. Annale
dicitur, quod dominus statim anno elapsō quacunq; hora immedietē auferre
poterit, nisi pactionib. aliud sit conuentū, qualia sunt feudu Guardiæ & Casti;
Non Annale dicitur, quod post annū auferri non poterit, sed durat uel in ali-
quot generationes, uel in perpetuum, id est, donec masculi siue agnati extite.
Decima

Decima diuisio est, quod feudorum quoddam est nobile, quoddam uero Bur-
gense. Nobile dicitur, quod suum possessorem nobilitat statim quando conce-
ditur; hoc sit, quando summus princeps concedit alicui Regnum, Ducatum,
Marchiam, siue Comitatum. Eo ipso enim quod quis talia feuda nanciscitur,
Rex, Dux, Marchio uel Comes, qui nobiles sunt, c. i. in prín, infrā, Quis
dicatur Dux, Marchio uel Comes.

Feudum Burgense dicitur, quod hoc modo suum possessorem non nobili-
tat, & est triplex. Minus nobile, Mediocriter nobile, & omnino ignobile.

Minus nobile appellatur, quod Rex, Dux, Comes uel Marchio de feudo
quod à summo principe acquisiuit, partē illius alij concedit in feudū, qui ap-
pellatur ualuator siue uassallus. Mediocre nobile feudum est, quod illi qui à
Rege, Duce, Comite uel Marchione habent, iterū alij in feudū concedunt.
Et isti appellātur mīores ualuatorib. & illi appellantur Mīimi, nec aliquam
ceditur ab ipsis minorib. ualuatorib. & illi appellantur Mīimi, nec aliquam
dignitatem ab eis consequi possunt. Et hæ denominationes omnes sumuntur
ex personis concedentium. Docendi causa adde exemplum. Pone, Cæsar
concedit alicui Ducatum, hoc est Feudum nobile, dux concedit partem illius
ducatus alicui Baroni, qd est Feudū minus nobile, Baro partē sui feudi con-
cedit equiti cuidam siue nobili, quod est feudum mediocriter nobile. No-
bilis autem quoq; partem sui feudi concedit alicui ciui siue rustico, quod est
feudum ignobile, nec aliquam habet dignitatem. Hæc probantur per text:
iunc. gloss. in c. i. inf. quis dic. dux, & in c. i. infr. tit. primo. & c. i. inf. de feu.
March. Vide Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de præscrip. super Rub. in
penul. colum. Bal. Alua. & alios circa diuisiones feud.

Vndecima diuisio est, quod feudū aliud est Ecclesiasticum, aliud Secu-
lare. Ecclesiasticum est triplex. Quoddam quod Ecclesia ab alio suscipit in
feudum, quoddam quod conceditur uel suscipitur à clérico, non tanquam ab
Ecclesia. c. i. §. Si dominus. inf. Quib. mo. feud. const. potest. c. i. inf. de cle.
qui inuest. fecit. Et hoc posterius intellige, quando cléricus de nouo recipit
feudū, secus si succedit in feudo seculari. Eo. n. ipso, quod fit cléricus, feudum
amittit. c. i. §. Qui cléricus. inf. Si de feud. fue. cont. int. dom. & ag. Seculare
feudū dicitur, quando à laico datur uel suscipitur, secundū dd. in prælud. feu.

Duodecima diuisio est, quod feudorum quoddam non est diuisibile, quod-
dam uero diuisibile est. Non diuisibile est feudū dignitatis, ut Marchiæ, Du-
catus, Comitatus &c. Licet secus hactenus usurpatū sit. c. Imperialem §. Præ-
terea ducatus, inf. de prohib. feud. alie. per Fride. c. i. §. Omnes. inf. si de feu.
fue. cont. int. dominum & ag. Vide Doct. in prælud. feud. Feudum diui-
sibile, est omne aliud feudum, quod non est dignitatis &c.

Decimatertia diuisio, quod feudorum quoddam est Iurabile, quoddam ue-
ro non Iurabile. Feudum iurabile dicitur, quod cum iuramento & fidelitate
præstatur, sicuti regulariter sit. Feudum non iurabile est, in quo per pactum
remittitur uasallo iuramenti præstatio. c. i. §. Nulla, inf. per quos fiat inuest.
& inf. de capit. corrad. in prín.

Decimaquarta diuisio est, quod feudorum aliud est Corporale, aliud Incor-
porale. Corporale est, quod consistit in rebus immobilibus corporalibus, ut
in fundo, edibus &c. Incorporale est, quod consistit in iurib. incorporalibus,
ut in decimis, iurisdictione &c. c. i. §. Sciendū, inf. de feu. cog. Bal. in c. i. §. i. in
fi. colum. inf. de consue. recti feudi. Sunt & aliae multæ species feudi, ut feu-
dum Guardiæ, Castaldiæ, Cameræ uel Cauenæ, Soldatæ, Aduocatiæ &c.

Feudum Guardiæ Castaldiæ est, quod cōceditur pro mercede alicuius rei,
& lapso anno immediatè potest auferri, si simpliciter est concessum. Secus si
ad certū tempus. Quia tūc per totum illud tempus expectari debet. c. i. Et ibi
dicimus inf. de feu. Guard. B ij

Feudum Cameræ siue Cauenæ dicitur, quando quis recipit annuatim de Camera uel Cauena Communis siue principis, & transit ad hæredem.

Feudum Soldatæ est quædam annua & gratuita præstatio, quæ ex neutra parte transit ad hæredes, ut quando alicui pauperi ordinatur prouisio per principem, & communiter consistit in uno uel annona, nec est propriæ feudi. c. i. § fina. & ibi dicemus inf. Quis dicitur dux.

Feudū Aduocatiæ dicit, quādo aliquis est aduocatus fisci uel principis, uel illi Aduocatiæ est feudū annexū. Idē dic de alijs officijs, ut procuratur uel Notariatus &c. De his & similib. diuisionib. vide Bal. Al. Ias. & alios in præl. feu.

Causa efficiens feudi est ipsa domini concessio siue inuestitura. Dicī autē inuestitura apprehensio possessionis feudi. c. i. in prin. inf. Quid sit inuest. Et est duplex. Propria et Abusiva. Inuestitura, ppria dicit, quādo possessio rei feudalis uerè & re ipsa tradit. Abusiva uero dicitur, quando uerbō uel signo traditio fit, ut quando hasta, ensis, uel aliud corporeum quiddam à domino feudi in signum traditur, se inuestituram facere, dicente d. c. i. in prin. infrā Quid sit inuest. & ibi copiosè dicemus.

Causa Materialis est res immobilis, ut fundus, domus &c. quia in reb. mobili. de iure feudum constitui non potest. Licet quidam principes etiam in pecunia numerata soleant constituere feudū, præsertim si pecunia cessit in locis est res feudalis uendita. Sub immobilibus intellige quoq; iura incorporalia, ut decimas, iurisdictiones &c. vide c. i. § Sciendum. inf. de feud. cog.

Causa finalis est, ut uassallus domino fideliter seruiat. c. i. in fin. inf. In qd. cauf. feu. amit. Et quoq; ut dominus uassallum defendat, nec afficiat iniuria. Sunt n. dominus & uassallus duo correlativa, quæ sunt eiusdē naturæ, et mutuò sibi obligati sunt, & uter excesserit priuatur suo iure: uassallus dominio suo utili, in fin. inf. de for. fide. c. i. inf. Qualiter dominus propri. feu. priu.

Effectus est parere actionē, in quo distingue: Aut dominus uult agere contra uassallū, aut uassallus cōtra dominū. Primo casu dic: Aut dominus agit contra uassallū ad seruitia præstāda. Et dīc, aut seruitia sunt pmissa per stipulationē, & habet dominus actionē ex stipulatu. Aut non sunt per stipulationē promissa. Et tunc agit condicione ex morib. i. ex dispositione iuris feudorum, secundū gl. in c. i. inf. de cōt. int. do. & emp. Aut dominus nō agit ad seruitia, sed ad repetendū feudū, quia seruitū conuentū sibi nō præstat &c. Ethabet directam rei uendicationem, & actionē publicianā uel condicione ex morib. Secundo casu, quādo scilicet uassallus agit ratione sui feudi, & dīc: Aut est uerē & ppriæ inuestitus, hoc est, per dominū in ueram & naturalem possessio- dicatio, nedum contra extraneū, sed etiam contra dominū. Quia utilis actio uen- glos. in Rub. ff. de rei uendi. c. i. § 1. & ibi dd. inf. de inuest. de re alie. facta. In possessorio autem haberet interdictū, unde ui, uel actionem in factū, per uel alio signo, & sic abusivē inuestitus, & distingue: Aut est facta pmissio de inuestiendo Realiter & Corporaliter. Et dic: Aut pmissio facta est per stipulationem, & datur actio ex stipulatu contra dominū, ut inuestiat Realiter, inst. de uerb. oblig. in prin. Aut promissio non est facta per stipulationem, & agitur condicione ex lege, uel potius ex morib. ut notatur per gloss. & doct. c. i. inf. de cap. qui cu. uendi. Vide de hac materia copiosiss. D. Ias. in prælud. feu. uers. Quinto principaliter quæro, mihi in xi. col. Quæ autem sint cau- sa, propter quas uassallus feudum amittit, dicemus infrā in suis titulis.

CON-

CONSVENTUDINES FEVDORVM.



IC LIBER INSCRIBITVR CONSVENTUDINES feudorum. Contra illam inscriptionem opponunt dd. hic, quod hictitulus non conueniat huic operi. Nam quoties consuetudo transit in legem scriptam, perdit nomen consuetudinis, & uocatur lex. ¶ Constat. Inst. de iur. na. gen. & ciuili. Ista autem consuetudines sunt redactae in scripturam, sicuti hic patet per totum librum. Ergo uidetur, quod appellari debeat lex scripta, & non consuetudo;

Ad hoc argu. respondent Bal. Alua. & alij. Primo, quia scriptura hic non ideo interuererit, ut ius scriptum per ea fiat, sed ut memoriae commendetur, & tanquam notoria consuetudo non indigeat probatione. Arg. I. Cōtrahitur. ff. de pig. Secundo Respondent, quod ubi cōficitur scriptura, tunc demum dicitur ius scriptum, quod continet ea, quae sunt de substantia iuris scripti, ut quia est lex, hoc est, iusta a consule, qui habebat potestatē legis condendae, uel est rescriptum principis, hoc est, ab imperatore scriptum, qui habet potestatē condendae legis scriptae &c. ¶ Scriptum. Inst. de iur. nat. gen. & ciuili. Obertus autem de Orio & Gerhardus Capagisti, qui fuerunt conditores huius libri, non habebant potestatem condendae legis uel iuris scripti. Ideo in hoc libro tantum referunt ea quae seruabant de consuetudine, non autem aliquid statuunt. Proptet illā autem relationem non potest dici, quod consuetudo sit mutata in ius scriptum. Sicuti cū ius Canonicum refert ius Ciuale, ut c. Quod autem. 6. q. 5. per hoc ius Ciuale non dicitur esse ius Canonicum. Item, quando ius municipale refert ius commune, propterea ius cōmune non sit municipale, ut notatur in c. De const. in 6. Ideo dicunt dd. Quod consuetudo quandoq; possit scribi ad memoriam, ut quando populus ordinat ius consuetudinarium, ut reducatur in scriptis per Iurisperitos, qui scribant consuetudines ciuitatis, ppterera non dicitur ius scriptum, sicuti contractus non dicitur in scriptis fieri, quando scriptura accedit ad perpetuā rei memoriam, ut notatur in l. Cōtractus. C. de fide instru-

Hæ autem cōsuetudines feudorum ideo sunt redactae in scriptis, quia controvèrsiae feudales decidebantur partim iure Romano, partim iure Longobardorum, partim uero consuetudine feudorum, quæ in scriptis redacta non erat. Unde necessarium & utile fuit illam consuetudinem in scriptis redigi. c. 1. inf. de feu. cog. Non autem ideo hoc factum est, quod sine scriptura consuetudo non ualueret, sed ideo, ut melius memoriae commendaret, & facilius probari posset per d. iura. Propterea Bart. in l. De quib. uers. Sed iuxta promissa, ff. de ll. dicit non esse de substantia consuetudinis, quod non sit scripta. Et distinguunt hoc modo: Aut consideramus consuetudinem, quantum ad sui introductionem, & tunc est impossibile quod sit scripta, quia uenit ex tacito consensus populi. d. l. De quibus. ff. de ll. Aut consideramus eam quantum ad confirmationem & memoriam, & potest esse scripta, ut patet in his consuetudinibus feudorum. Vide Bal. Alua. & alios hic super Rubrica.

De ijs qui feudum dare possunt, & qui non: & qualiter acquiratur & retineatur. Tit. I.

HIC tit. diuiditur in duas partes, secundum gloss. Rubricæ hic, & com muniter dd. In prima tractat de personis quæ feudum concedere possint. In secunda, quæ est in. Et quia uidimus, tractat quomodo acquiratur feudum. Conceditur itaq; feudum dupliciter. Aut per prælatos Ecclesiarum. Aut per dominos seculares.

Prælati Ecclesiarū sunt archiepiscopi, episcopi, abbates, abbatissæ, præ-

positi &c. qui concedere solent feuda de regalibus, hoc est, de his rebus, quæ in Ecclesiam ex beneficio regum uel principum translatæ sunt. Inde autem usurpatum est, quod etiam de alijs rebus non regalib. feuda conceduntur, secundum gloss. hic in uerbo, dare, quam sequitur Alua. Prælati autem Ecclesiastum res in feudū concedere nō possunt, nisi obseruetur de consuetudine circa quā ita distingue: Aut cōcessio manifestē nō obest ecclesiæ, & præscribit consuetudo infeudandi spacio 30. annorū. Aut concessio obest ecclesiæ manifestē, & nō poterit induci cōsuetudo infeudandi. Nisi ita fuerit obtentū ultra memoriam hominū, hoc est, ut non stet in memoria hominū rem aliter processisse. Aut est dubium, an oblit uel pro sit concessio, & requiruntur 40. anni, secundum glos. hic in uerbo, si antiquitus, & quæ adduntur per Bal.

Domini uerò Seculares feudū cōcedentes sunt duces, Marchiones, comites &c. et nominant capitanei imperij siue regni; uassalli autē qui ab eis feuda accipiūt, dicunt regni ualua sores, et q̄c capitanei, quales sunt Barones et nobiles, secundū Bal. hic. Et qui ab his ultrā feudū accipiūt, dicunt minores ualua sores.

Hic de supremis principib. nulla fit mentio, nec opus erat, cūm omnes de q̄b. hic dicit tex. sua feuda habeant ab istis principib. Ideo tex. præsupposuit.

SEQVI TVR EXPLICATIO TEXTVS.

Tex. in uerbo, Archiepiscopus.

Archiepiscopus dicitur, qui sub se habet aliquot episcopos, quales sunt, Moguntinensis, Coloniensis, Treuerensis, Saltzburgensis, Magdenburgen sis, Bremensis & Rigen sis. Sub quibus sunt omnes episcopi Germanie, exceptis illis, qui exempti sunt, quales sunt Bambergensis, Misnensis &c.

Episcopi dicunt diocesani siue suffraganei Archiepiscoporum, quales sunt Heripolensis, Spirensis, & similes. De his & similib. nominib. dignitatū ecclasiasticarū uide copiosissimē per Alu. & d. Ias. hic. Lædrecht. lib. iij. Art. lxij.

Abbates sunt in monasterijs ordinis sancti Benedicti & S. Bernhardini.

Præpositi sunt in Monasterijs ordinis Canonicorum regularium S. Augustini. Item in Ecclesijs Cathedralibus & collegiatis.

Regni, id est imperij, quod est in Italia & Germania, ut infrā dicemus de pace tenenda.

Regis, id est imperatoris, quia imperator ante Coronationem & consecrationem appellatur rex Romanorum. c. Venerabilem. ext. de electi. Poteris quoq̄ intelligere de quocunq̄ alio rege. Cūm quilibet rex in suo regno sit Monarcha, secundum And. de Iser. & Alua. hic.

Gloss. prima meminit definitionis & diuisionis feudi, quæ suprà sunt copiosiss. enarrata.

Gloss. in uerbo Dare, restringit concessionem prælatorum Ecclesiastico rum ad regalia &c.

Sunt autem regalia, quæ ab imperatore uel rege conceduntur. Et possunt dici regalia multis modis. Primo dignitates Regales, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. de quib. inf. quis dicit dux, March. uel Comes. Secundo possunt dici Regalia tributa uel uectigalia, seu portus &c. De quib. inf. in tit. Quæ sunt Regalia. Tertio dicunt Regalia, quæ rex præcipit ex privilegio summorum pontificum, Ecclesia uocante, secundū gloss. in c. generali, in uerbo, Regalia, de elec. in s. Et de his Regalib. loquitur hęc glos. uidelicet, si imperatores, uidelicet, si huiusmodi imperatores Regalia Ecclesiæ conesserint, quod Ecclesiæ uicissim de his feuda concedere possent. Sed contra illā gloss. uidetur fortiter facere tex. in authentica, hoc ius porrectum, & in corpore unde sumitur. C. de sacrosanc. Eccle. Quia ibi dicit tex. planè contrarium illius quod hic habetur in glos. scilicet, quod si ab imperatorib. aliquid fuerit collatum in Ecclesijs, hoc nullo modo esse alienandum. Si uerò ab alijs accesserit, alienari posse, seruatiss solennitatibus ibi positis.

Docto-

Doctores respondent ad hoc distinguendo: Aut prælati Ecclesiarum uo-
lunt infeudare bona, quæ pleno iure pertinent ad Ecclesiam, eiç simpliciter
sunt incorporata, & hoc regulariter facere non possunt. Et in hoc casu loqui-
tur d. authentica, hoc ius porrectum. Aut de his uolunt infeudare, in quibus
Ecclesia habuit tantum directum dominium, ut quod feudum per mortem
uassalli redit ad Ecclesiam, & possunt. Et in hoc casu loquitur glo. hic uerbo,
dare possunt.

Glossa in uerbo, si antiquitus, quoç restringit textum, Nam licet iam dictum
sit, quod prælati Ecclesiarum de his bonis, in quibus Ecclesia habuit tantum
directum dominium, possit infeudare, Tamen hoc quoç non indistinctè est
uerum, sed tum procedit, si consuetudine hoc est obtentum, sicuti quoque
colligitur ex tex. hic in uerbo, Si antiquitus consuetudo &c. Nunc ergo glos.
quærit infra quod tempus inducatur consuetudo infeudandi de reb. ecclesiastice
Et super hac quæstione sunt plures opiniones doctorum. Quidam enim
tenent quod requiratur spacio tanti quanti, cuius non extet memoria in
contrarium. Et pro hac opinione facit lex, hoc iure, §. Ductus aquæ. ff. de aq.
quot. & aeti.

Alij dicunt, quod requirantur triginta anni. I. Omnes. C. de præscrip. trig.
anno. Et in hac opinione est Azo & Nicol. de Neapo.

Alij uero, requiri spacium quadraginta annorum, & hoc probant, quia in-
feudatio est alienatio, ut notatur in I. Cum non solum §. Filii autem. C. de
bonis quæ libe. Et in I. i. C. de feudo dota. In alienatione autem rerum eccl.
sisticarum requiruntur quadraginta anni ad præscribendum. Authentica
quas actiones. C. de sacrosanc. Eccl. Ergo ad illam consuetudinem inducen-
dam quoç requiruntur quadraginta anni: & hæc est opinio Iacobi de Beluis.

Sed hæc opinio communiter reprobatur, quia procederet quando tracta-
retur de maiori præiudicio Ecclesiae, quando scilicet Ecclesia alienando amittat
teret totum suum ius, sed infeudando non amittat totum ius, quia retinet do-
minus directum. c. V. nico. infrā. In quibus caus. feud. amitta. Quod domi-
nium est tanti effectus, quod uassallus tenetur Ecclesiae ad seruitia. Item Eccl.
sia retinet spem recuperandi per casus quæ habentur inf. in tit. quæ fuit pri-
ma caus. feud. amit.

Pro uitanda itaq; contrarietate Bal. & Alua, ita distinguunt: Aut infeu-
datio est manifestè damnsa Ecclesiae, & tunc requiritur ad consuetudinem
inducendam tantum, cuius initium non est in memoria hominum. Et ita in-
telligitur prima opinio. Aut est manifestè utilis Ecclesiae, & præscribitur
consuetudo spacio triginta annorum. Et in hoc casu intelligitur opinio Azo.
& Nico. de Nea.

Aut est dubium, an sit damnsa uel utilis, & requiritur spacio quadragin-
ta annorum ad inducendam huiusmodi consuetudinem. Et in hoc casu intel-
ligitur opinio Iacob. de Bel.

Quando autem quæritur, quot actus requirantur infra prædictum tem-
pus, ut huiusmodi consuetudo inducatur. Responde brevibus, duos actus re-
quiri. Quia consuetudo dicitur que frequenter fit. I. i. C. quæ sit long. consue-
ta. Id autem dicitur frequenter fieri, quod bis fit, secundum gloss. fina. in §. fina.
in authentico de defenso. ciui. colla. 3.

Conclude ergo, requiri, quod idem prælatus infra præscriptum tempus
dederit bis duobus id feudum, uel quod duo prælati duob. uel idem diuersis
hoc modo dederint, secundum Iacob. de Bel. & Alua. hic.

Pro intellectu gloss. in uerbo, feudum dare, ita distingue secundum Ia-
cob. de Bel. Aut clericus siue prælatus dat in feudu rem propriam, & non est
dubium quin ualeat concessio, ut inf. de cleri, qui inuest. fa. in prin. Aut non
dat rem

dat rem propriam in feudum, sed rem Ecclesiæ, Et subdistingue: Aut dat in
feudum rem spiritualem, aut temporalem.

Primo casu, quando scilicet concedit rem spiritualem, puta decimas, ius Pa-
tronatus, item ecclesiasticas iurisdictiones, Et distingue: Aut concedit ipsam
rem, aut fructus rei. Si ipsam rem concedit. Et dic: Aut est consuetudo intro-
ducta, quod possit fieri talis infeudatio, & ualet concessio, per text. nostrum
hic, in uerbo, si antiquitus. Aut nulla est consuetudo, & non ualet concessio.
c. Quamuis. c. Prohibemus, & c. fina, extrâ de decimis.

Aut fructus rei spiritualis concedit. Et dic: Aut concedit ex aliqua causa. Et
tunc si concessio fit ad certum tempus, & ualet. Si uero in perpetuum, & non
ualet, nisi sit consuetudo.

Aut concedit sine causa, & quoq; non ualet, ut notatur in c. Peruenit. i. q. 3.
c. Ad hæc. c. Quamuis. c. fina, cum similibus, extrâ de decimis.

Aut concedit aliquam rem Temporalem, ut arcem, uillam &c. Et dic ut
diximus super gloss. in uerbo, dare possunt. Et quæ in hac distinctione desi-
derari possunt, tractabimus in questionibus ordine.

Glossa in uerbo, feuda accipiunt, opponit contra text. Dicitur hic, quod
à minoribus ualuatoribus quoq; censeatur esse iure feudi, & habeatur pro-
uero feudo. Sed opponitur & fina, hic tit. nostro, ubi dicitur, quod solum il-
lud propriæ feudum dicitur, quod datur à capitaneis imperij, hoc est, à Ducie-
bus, Marchionibus, & similibus: secus si à minoribus concedatur &c. Glossa
soluit, quod dictus & fina locum habeat de iure antiquo, secundum quod fie-
bat illa differentia, sed hodie de iure novo idem iuris est de minimis ualua-
ribus, quod est in Capitaneis, quia huiusmodi uassalli æquè non possunt de-
uestiri sine culpa, atq; alij. c. Vnico, infrâ de nat. feu.

Pro declaratione istius materiæ quærit Bald. primò, utrum prælatus sine
consensu Capituli possit feudum concedere. Et omisis superfluis ita respon-
de: Aut uult infeudare de his bonis, de quibus est antiqua consuetudo infeu-
dandi, & dic: Aut feudum est distinctum, eiusq; concessio attributa soli præ-
lato, & poterit concedere sine consensu Capituli. c. Vnico & Idem iuris, sum-
pto arg. à contrario sensu, inf. Episcopū uel abbatem, uel abbatis &c. Et pro-
batur à simili. Nam episcopus iurans non alienare nec infeudareret Ecclesiæ
summo pontifice inconsulto, iuxta c. ut super, extrâ de reb. eccl. non aliena-
potest tamen feudū uetus, de quo est consuetudo infeudandi, nō obstante iu-
ramento, concedere pontifice nō consulto, secundū glo. in c. 2. in uerbo, inue-
stire, ext. de feudis. Aut feudū non est distinctum, sed eius concessio perti-
nit ad prælatum & Capitulum simul, & non poterit concedere sine consensu
Capituli. Aut uult concedere rem in feudum, de qua non est consuetudo, &
distingue: Aut cōcedit de nouo animo inducendi consuetudinem, & requi-
ritur saltem tacitus consensus Capituli tanquam populi, arg. l. Sed & ea. ff. de
ll. secundum Iacob. de Bel. hic. Alioqui solus concedere non potest, per tot.
tit. extrâ de rebus eccl. non alie. Et uide de hac quæstione Bal. & Iaso. hic.

Secundò quærit Bal. utrū superior prælatus possit rem Ecclesiæ inferioris
sibi subiectæ in feudū dare. Et uidetur primò, quod sic, per ea quæ habentur
in glos. iunctis nota. Bart. in l. 1. c. Ne fiscus rem quā uendidit, euincat. Vbi
habetur, si abbas uendidit rem alicuius Ecclesiæ sibi subiectæ, tanquam rem
alterius Ecclesiæ quoq; sibi subiectæ, cuius tamen res non erat, quod illam
uenditionem reuocare non poterit, Ergo uidetur idem in concessione. Con-
trarium uidetur uerius. Quia superior prælatus iuri Ecclesiæ inferioris dero-
gare non potest, d. c. 1. infra, episcopum uel abbatem &c. Et probatur per glos.
in uerbo, licentia, in authentico, de alie. & emphiteo. in prin. colla. 9.
Bal. tamē in hac quæst. ita distinguit; Aut inferior ecclesia immediate est sub
iecta

fecta superiori, ut quod Rector Ecclesiae inferioris non administrat proprio nomine, sed nomine superioris praefati, & poterit superior res eius in feudum concedere. Et ita potest intelligi glossa in d. l. i. c. Ne fiscus rem quam uendi, euincat. Aut est mediatae subiecta, ut quod ipsius Rector administrat proprio nomine, sicuti sunt ecclesiæ suffraganeorum respectu Archiepiscopi, & non poterit concedere superior res eius. Ita potest intelligi d. c. Vnicum, inf. episcopum uel abbatem, de quibusdam rebus infeudandis, utrum praefatus possit parentibus, agnatis, cognatis, consanguineis, uel affinibus suis illas res in feudum concedere. Et uidetur primo, quod non, quia bonum est argumentum ab Emphiteosi ad feudum, & praefati res ecclesiasticas parentibus, agnatis uel consanguineis non possunt concedere in Emphiteosim, per textum in § hoc uero iubemus, uersus Oeconomis, in Authentico de alie, & emphiteo, colla. 9. Ergo uidetur, quod quoque non possunt concedere in feudum.

Secundum uidetur per tex. in c. Iudicatum, in fin. cum c. sequenti, § 9. dist. ubi expressè habetur, quod episcopi suis propinquis nullo modo debeant committere officia ecclesiastica. Ergo uidetur quod res ecclesiæ eis concedere non possit.

Tertio probatur in specie per glossam in c. Vnicum, in uerbo, in clericorum, inf. Si de inuestitura int. dominum & uasal. lis oriatur, ubi glossa expressè dicit, quod prelati Ecclesiarum suis propinquis non possint res ecclesiasticas in feudum concedere. Et probatur hoc per authen. Quibuscumque C. de sacrosanc. ecclesiæ Idem probatur per tex. in c. Peruenit, i. q. 3. Et glossa ibi addit rationem, quia episcopi sunt ceci circa nepotes & alios consanguineos suos, quos querunt ex collere ex facultatibus Ecclesiæ. Et Archidiaconus, in c. Non licet, ii. q. 2, dicit summum pontificem peccare, si bona Ecclesiæ alienauerit in casu non licito, uel dederit consanguineis suis. Eum sequitur Panormita, in c. Constitutus, uersus Et uide, extra de religio domini.

Contrarium decidunt communiter doctores, quod scilicet praefati Ecclesiarum possint suis consanguineis res in feudum concedere. Tu in hac q. ita distingui lati Ecclesiarum: Aut queris de rebus Ecclesiæ, quas ex antiqua consuetudine praefati sacerdotum con alijs concedere poterant, & dic: Aut queris de iure consuetudinario, & certum sanguineis est, quod praefati eas res suis consanguineis & affinibus in feudum concedere res in feudo possunt. Ita decidit glossa in d. c. Vnicum, in uerbo, in clericorum, inf. Si de inuestitu, inter dominum & uasallum lis oriatur. Et est ratio, Quia per illam concessio sine, nem Ecclesia non laeditur, si modò consanguineus hisdem pactis illas recipit, quib. extraneus quidam recipere, secundum Archidiac. in c. Episcopus, in fin. i. o. q. 2 Modò illi consanguinei sint boni, honesti, Ecclesia utiles, nec potentiores, qui Ecclesia postea opprimere possent. Ratio, non prohibitionis est, ne ecclesia propter illam concessione laeditur, illa autem ratione cessante, cessat quoque prohibitus. Ita decidit Archidiac. in d. c. Episcopus, in fin. quem sequitur Bal. in d. Authentic. Quibuscumque C. de episco. & cleri. Et hæc consuetudo preferatur iuri scripto, ut habetur in l. De quibus, ff. de legib. Aut queris de iure scripto, & dic: Aut consanguinei alioqui sunt diuites, & praefati nihil possunt eis concedere de bonis Ecclesiæ. Et in hoc casu intelliguntur iura supra pro contraria opinione allegata. Aut consanguinei sunt honesti & tamquam pauperes. Et praefati etiam de iure scripto possunt eis necessaria subministrare pro sustentatione uitæ, c. Non satis, ss. dist. Et facit glossa in l. Illud, in uerbo, alia causa, c. de sacrosanc. ecclesiæ loan. Andr. in additio. ad Spec. in § Nunc uero aliqua, in fin. serere, in titulo de fiducia, instru. Et est ratio, quia aurum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget & subueniat in necessitatibus. c. Aurum, ii. q. 2. Prima autem ratio debet esse parentum & consanguineorum, per uulgaria. Aut de alijs rebus de quibus non est consuetudo ut infeudentur, uolunt concedere

concedere parentibus & consanguineis, & non possunt. Per ea quæ proximè diximus de consuetudine. Et facit ad hoc totus titulus de rebus eccl. nō alienan. Et prædicta procedunt in concessione rerum temporalium. Secus in beneficio ecclesiastico, quod indistinctè potest concedere consanguineo, secundum Panor. in c. Quia clerici, ext. de iur. patron. Vide de hac q. Jacob de Belui. Bal. & dominum Iasonem hic.

Quarto, quia suprà dictum est, quòd tum sine dubio permittatur infeudatio rei ecclesiasticæ, si concessio est utilis Ecclesiæ, quærerit Bal. post Jacob. de Belui, quando dubium est, utrum contractus sit utilis Ecclesiæ, nec ne, quid in dubio sit præsumendum. Et omissis superfluis conclude: Quando decreatum superioris concessioni est interpositum, tunc semper præsumitur concessio pro utilitate Ecclesiæ facta; sin minus, non præsumitur utilitas Ecclesiæ, arg. l. i. c. de prædijs Decurio, &c. lib. xi. ibi. Ita fiet ut nec immoderatus uenditor nec emptor, cuiuscunq; sit conditionis, inueniatur iniustus. Et probatur hoc quoq; per uulgatam regulam, quæ habet: Vbicunq; in aliquo actu reperitur decretum iudicis interpositum, præsumitur quòd omnia ritè & rectè processerunt, secundum Spec. in tit. de emptio. & uenditio. Nunc dicendum restat uers. Et breuiter scias, quem refert & sequitur Bal. in l. Cùm hi. Sí prætor, ff. de transactio. Et in l. Non enim aliter, ff. de adopt. Et in l. Quacunq;. C. de bo. quæ liber. Et colligitur illa regula ex text. c. Sicut. ext. de sen. & re iudica. Et ibi habetur, si iudex fert sententiam, non est necesse exprimere causam quæ ipsam mouet: Quia ius præsumit pro sententia, propter auctoritatem iudicis. Ideò Bart. in d. l. i. c. de prædijs Decurio, infert, quòd decretum iudicis in contractu interpositum excludit beneficium. I. 2. c. de rescinden. uenditio. Ne scilicet quis posset conqueri se iniuste intercepit. Licet hoc per aliquos impugnetur, ut notatur per Canonistas in c. Cum causa, ext. de emptio. & uenditio. Præterea infert Bart. in d. l. i. quòd decretum iudicis tollit & facit cessare omnem præsumptionem dolii uel metus. Ideò conclude contractum in dubio iure censi utilem Ecclesiæ, cùm superioris decretum interpositum fuerit. Dico autem hic notanter superioris, ut intelligatur superiorum prælatorum auctoritatem requiri, non inferiorum. Per ea quæ notat Azo in sum. sua. C. de tuto, uel curatore, qui non satisde. uide de hac quæstione Bal. hic, & copiosissimè D. Iaso:

Quinto quærerit Bal. Vtrum solus prælatus possit uasallo remittere feloniam, & distingue: Aut solus prælatus est collator feudi, & solus poterit feloniam remittere, cùm felonja ipsum tantum respiciat, per ea quæ notantur in l. 2. c. de liber. & eorum libe. Aut capitulum unà cum prælato concedit feendum, & tunc quia soli prælato felonía non censetur illata, & solus prælatus quoq; non poterit remittere, arg. c. Cùm desideres. s. Tertio loco, extrā, de senten. excommunicatio. Et ita in effectu decidit Bal. hic. Alias quæstiones quæ hic mouentur per Doct. tu ipse uide. Quæ autem dicuntur hicā doctribus de alienatione feudi per uasallos sine consensu domini, infra commodi- us tractabuntur in titulis de aliena, feud. & de prohibita alie.

s. Et quia uidimus, &c.

In s. proximo dictum est de personis quæ concedunt feudum. In hoc autem s. dicemus de diuersis constitutionibus, quæ de acquisitione rerum feudalium latè erant.

Primum autem de iure antiquissimo concedebantur feuda tantum ad beneplacita dominorum, et poterant auferri quandocunque domini uoluerant, etiam sine culpa uasallorum, quæ feuda æqui parabantur precario. l. i. ff. de precario.

Secun-

Secundò, cùm hoc ius esset sublatum, constituebatur, ut uasalli retinerent per annum &c. Sed hoc quoque sublatum est, nisi in feudo Guardiæ & Castaldia, quod datur pro mercede alicuius rei, & poterit post annum auferri, etiam precio pro eo dato non restituto, nisi sit datum ad certum tempus. c. Vnico, infrā de feud. Guar. & Castal. Et est gloss. hic in uerbo, auferre.

Tertiō, accessit constitutio, disponens quod uasalli retinebant res feudales ad uitam, nec deuoluebant eas iure successionis ad filios &c. Et hæc quæ est sublata, excepto eo, quod dicitur de feudo Marchiæ, Ducatus, Comitatus uel alterius regalis dignitatis ab imperatore datae, Quia illa feuda de uigore consuetudinis finiuntur morte accipientis, nec succedit hæres, nisi de nouo ab imperatore inuestiatur, c. 1. infrā de feud. March. Licet & hoc hodie aliter sit usurpatum per consuetudinem, scilicet, quod habeat locum successio, nec extinguitur morte uasalli, secundum gloss. hic in uerbo usque ad uitam.

Quartō accessit constitutio, quod uasallo mortuo, dominus potuit unum ex filijs eius eligere, & feudum concedere, alijs exclusis.

Quintō addita est alia constitutio, quæ admittebat omnes filios uasalli, non autem nepotes nec collaterales. Sed hæc omnia sunt sublata.

Postremō itaque ædita est constitutio imperatoris Corradi, quæ ius feudorum nouissimum continet. Is enim cùm pro corona suscipienda proficietur, rogatus est à uasallis qui in eius seruitio erant, ut successionem in bonis feudalibus quoque extenderet ad nepotes & alios descendentes, & potes ex filijs, item fratres succederent, in hoc tamen casu distinguit textus: non reliquit filios nec etiam nepotes ex filijs. Et subdistingue: Aut reliquit filios nec etiam nepotes ex filijs. Et tunc fratres siue alij collaterales, qui sunt ex primo acquirente, succedunt salua gradus prærogativa, filiabus exclusis. Aut est feudum nouum, quod scilicet ipse uasallus primū acquisiuit à domino. Et tunc, si in concessione nominatim actum est, quod feudum quoque ad fratres siue agnatos uasalli pertineat, & succedunt collaterales.

Si uero de hoc expressè actum non fuerit, & mortuo uasallo sine descendib[us] redit feudum ad dominum. Hoc dicit text. hic cum quibusdam glossis ad §. Hoc autem.

Vers. gloss. in uerbo, Nisi communiter, reprobatur per doctores: à fidelibus) Id est, uasallis.

Gloss. in uerbo, Frater.

Gloss. in uerbo, frater, tractat questionem de successione in feudis: Pro cuius intellectu tu primò díc, quod nulla dispositio testamentaria in rebus feudalibus ualet. Quia feuda non debentur ex decedentium iudicio, sed principalí prouidentia, c. Vnico, in prin. inf. de success. feudi. Arg. I. Si arg. ff. de adop. Et ideo text. in l. lege. ff. de uerb. sig. Vbi habetur, quod rogator ff. de adop. Et ideo text. in l. lege. ff. de uerb. sig. Vbi habetur, quod testamentariæ hæreditates confirmantur &c; ad res feudales non pertinet, sed tantum ad successiones in bonis hæreditarijs siue allodialibus. Igitur conclude, quod in feudis sit successio tantum ab intestato, circa quam tu ita distinguere: Aut uasallus decedens reliquit feudum nouum, quod scilicet ipse primū acquisiuit. Et in eo succedunt tantum descendentes masculi capaces. Nisi specialiter de filiabus & collateralibus conuentum sit, uers. Sin autem, hic tit. nostro, c. Vnico, infrā de success. fra. Aut reliquit feudum paternum

sive auitum, sive etiam antiquum, quod scilicet per aliquem ex maioribus acquisitum est, & postea iure successionis ad alios peruenit. Et dicit: Aut defunctus habuit descendentes masculos, ut filios naturales & legitimos laicos, uel nepotes laicos ex filiis naturalibus & legitimis. Et succedunt filii in capita, Nepotes autem in stirpes, sive extent una cum suis patruis, sive soli. Semper enim successio in stirpes fit, quia in successione ascendentium ingrediuntur gradum paternum. Licet Azo & quidam alii fuerint in contraria opinione, quod scilicet nepotes soli succederent in capita. Sed illa opinio procederet in successione collateralium remotiorum. Vide de hac q. Bal. hic. Et hæc successio descendantium durat usque in infinitum. Sed hoc quoque, hic tit. nostro. c. i. inf. de natura successio, feu.

Aut non reliquit descendentes masculos capaces. Et dicit: Aut feudum est foemininum, sive filia emerit a domino, sive dominus propter servitium patris filiae dederit, & succedit filia alijs exclusis. c. Vnico. s. filia, infrà de successione, feud. c. Vnico, infrà de natura successione, feud. c. Vnico, infrà quemadmodum feud. ad filiam pertine. Aut feudum est Masculinum, & uocantur fratres defuncti in capita, si soli sunt, filii uero fratum cum eis in stirpes: fratribus autem non extantibus, uocantur filii fratum quoque in capita. c. Vnico. s. his uero, infrà de successione, fra. Ascendentes autem semper excluduntur in successioneibus feudi. c. Vnico, in prīmo, infrà de natura successione, feud. Fratribus autem fratumque filii non extantibus, uocantur agnati, qui ex linea primi acquirentis, sunt proximiores in capita & in infinitum, d. c. Vnico. uers. his uero, infrà, de successione, frat. & d. c. Vnico, infrà, de natura successione, feud.

Paterno) auito sive antiquo;

Legitimo) Descendente masculo;

Extraneum) Fratrem prætereundo;

Istud) Scilicet contrarium,

Hæreditas) Id est, bonis allodialibus,

De illegitimo) Id est, in testamento instituto in bonis feudalibus,

In extraneum) Qui non est de linea primi acquirentis,

Succedere) Non obstante testamento,

Feudum amittat) Frater,

Legitimus) Descendens masculus.

Ex pacto) Initio inter dominum & patrem filiae &c.

Felonia) Id est, atrocissima iniuria.

Secundum quærit gloss. in uers. Ex quacunque causa &c. Et in uers. Item hoc sic intelligitur &c. Vtrum hæredes, ad quos de iure spectat successio feudi, excludantur ab ea propter culpam. Et distingue: Aut quæris de culpa defuncti, aut de culpa ipsius hæredis. Primo casu: Aut defunctus deliquit in ipsum dominum per feloniam &c. Ettunc si feudum est nouum, redit simpliciter ad dominum, sive defunctus habuerit filios, sive non. c. Vnico. cum ibi nota: infrà, Si uassallus feudo priue, cui defera. Aut est feudum paternum, auitum sive antiquum, & excluduntur descendentes usque in infinitum. Et collaterales usque ad quartum gradum exclusiue. In quarto gradu autem sive remotiori admittuntur, d. c. Vnico. cum ibi nota, inf. Si uassal. feudo priue, Gloss. hic uers. Item hoc sic intelligatur. Bal. & Alua. Aut defunctus non deliquit in dominum, sed alias deliquit, propter quod feudum amittere debebat. Exemplū, ut occidendo fratrem, uel delictum aliud committendo, quod uenit appellatione parricidij. Ettunc si feudum est nouum, quoque reuertitur ad proximos agnatos, non autem ad filios uassalli. c. Vnico. s. Denique, uers. si uero, iunc. gloss.

gloss. in uerbo, Ad proximos, infrà, quæ sunt prima caus. benef. amit.
 Secundo casu, quādo scilicet quærēs de culpa ipsius hæredis succedere uolentis. Et dic breuib. Aut culpa propter satisfactionem per dominum remissa est & succedit. Aut non est remissa, & non succedit. Et hoc casu, si parens delinquentis siue conuasallii, qui spem succedendi habent, delinquentem ad dominum duxerint, ut satisfaciat, uel ipsum à se separauerint, ipsi feudum retinent. Sin minus, quoque priuantur. c. Vnico. Insuper, inf. de prohib. feud. alie. per Frider.

De offenditione) De culpa ipsius hæredis.

Item hoc sic intelligatur) De culpa defuncti in ipsum dominum?

De alijs quæstionibus ext. gloss. & præsertim utrum frater in feudo pateretur succedat iure successorio uel iure accrescendi. Vide Bal. hic.

Gloss. in uerbo, Nominatim, tractat fallentias ab illa communi Regula, quæ Nota quād habet, quād frater fratri in feudo nouo non succedit.

Hec Regula fallit primum, si in inuestitura expressè dictū est, cur succedat, dalib. appell per textum nostrum hic. Et cap. Vnico. inf. de fratrib. de no. benef. inuestitis. latrone legi Timi hæreditatis ueniunt tantum descendentes

Tum enim propter pactum licet, quod alioqui non liceret, sicuti in simili ha- betur 1.3. C. de pignorib. I. Labeo. el. prima. ff. de contrahen. emptio. dis ueniunt tantum descendentes

Secundò fallit, si feudum de communib. bonis fratrum in communione existentium domino sciente ematur. c. Vnico. inf. de benef. fra. & quo. frater fratrem succe. Si autem domino ignorantē id fieret, secus esset, ne scilicet dominus inuitus alium quam uellet sibi acquirat uafallum, quod tamen de communī pecunia expensum est, restituatur pro parte competenti. d.c. Vnico. inf. de fra. de no. benef. inuestiti.

Tertiò fallit, quando feudum nouum emitur communi nomine fratrum in communione existentium domino sciente, licet pecunia non fuerit communis. d. c. Vnico. inf. de benef. fra.

Communiter acceperint) Domino nesciente communionem, unus frater non succedit.

Istud) Id est illa regula:

Nisi emptum fuerit) Secunda fallentia.

Sed contra secundam fallentiam opponit gloss. in uerbi. Sic ergo. Imo uis detur nihil referre cuius fuerit pecunia, pro qua feudum emitur, sed satis esse quād ematur communi nomine. Nam in omnib. contractibus hoc est Regula, quād non attenditur, cuius sit pecunia per quam contrahitur, sed tantum cuius nomine contrahitur, attendi debet, ita, quād si quis ex pecunia alterius emat rem aliquam, sit res ementis, & non illius cuius fuit pecunia. I. Si ex ea pecunia. C. de rei uendi. I. Sipatruus. C. Communia utriuscq; iudicij. I. Ad proportionem. el. I. C. de proba. I. Non unde. C. Si certum petatur.

Casualia) id est, fallentiae, uel speciales casus:

Responde, uerum est quod in contractibus non attenditur, de cuius pecunia res ematur, sed tantum cuius nomine, per d. iura. Sed hæc Regula fallit in multis casib. Primo in terminis nostris, quādo scilicet feudu de communib. bonis est emptū, sit eorum de quorū pecunia emitur, d.c. Vnico. inf. de ben. fra.

Secundò fallit in pecunia dotali, quia quod ex ea emitur, sit res dotalis. In hoc tamen distingue: Aut soluto matrimonio alioquin extat bona mariti, ex quibus uxori satisfieri potest pro sua dote. Et illa res ex pecunia dotali empta non est dotalis. I. Ex pecunia. C. de iure dot. Aut nō extant aliae res, ex quib. potest uxori pro sua dote satisfieri, & tum succedit res ex pecunia dotali empta. pta in subsidium dotis. Gloss. in I. Si ut proponis, in uerbo, non negabit. C. de rei uend. Gloss. in d. I. Sipatruus. C. Communia utriuscq; iud. I. uxori marito. ff. de dona. int. vir. & uxo. I. Res quæ. ff. de iur. dot. Et ita quoq; decidit Bal. & Alia. hic.

Tertiò fallit in pecunia pupilli, nam & res ex ea empta fit pupilli, secundū gloss, in d. l. si ut proponis. C. de rei uend. Distinguere tamen: Aut est empta à tutore uel curatore, & cum sit pupilli, secundum gloss, in d. l. si ut proponis; Aut est ab alio quām à tutore empta, & potest uendicari in subsidium, hoc est, quatenus pupilli suam pecuniam repetere non possint. Arg. I. filiae, in ff. de solut. Quartò fallit in pecunia militis, d. l. si ut proponis. C. de rei uendi. Quintò fallit in pecunia furiosi uel prodigi. Arg. I. 2. iunc. gloss, in uerbo, Adolescentium. C. de cura, furiosi. I. Marcellus. ff. de fidei. I. Interdum. ff. de condic, indeb. Quia illa iura æquiparant pupillos, prodigos & furiosos in beneficijs & priuilegijs. Sextò fallit in pecunia Ecclesiæ, secundum gloss, in d. l. si ut proponis, & in d. l. Si patruus.

A. Hoc autem.

In hoc & habes differentias inter ius commune scriptum & uis feudo-
rū, quo ad successiones. Prima est, quod de iure cōmuni scripto in bonis Allo-
dialibus succedit tam filij quām filiae, nulla sexus prærogativa ualeat. & Si
quis igitur, in Authentico de hæredibus ab intesta, uenient. colla. 9. I. Ma-
ximum uitium. C. de lib. præte, & exhære. Sed de iure feudorum filiae non
succedunt in feudo, nisi in certis casibus, de quibus suprà diximus, & infrà
dicemus.

Secunda differentia est, quod de iure cōmuni in collateralibus durat suc-
cessio in bonis Allodialibus usq; ad decimum gradum tantum, secundū gloss,
in & fina. in uerbo, Nate. inst. de success. cognata. Et post illum gradum des-
uoluitur ad fiscum. In usib; uero feudorum admittuntur collaterales agna-
ti, natī ex primo acquirente usq; in infinitum, per text. nostrum hic. Nota ex
hoc textu hic in uerbo, ad eas, quod pactum conceptum in persona filiae, ui-
detur quoq; conceptum in nepote ex ea, quia causa & origo habent dispo-
nere de suo causato, ut est text. hic secundum Bal.

Glos. in uerbo, legib; tractat differentiam inter ius Romanum & ius Longo-
gobardorum. De iure enim Romano in bonis allodialibus aliter succedunt
filiae, quām de iure Longobardorum, ut patet ex gloss.

Quod gloss. hic dicit, filiam nihilominus ad successionem, non obstante
quod patri promisit se dote contentam, & ad bona paterna nullum regres-
sum habituram, uerum est, quando filia non iurauit hoc pactum seruare. Se-
cundus, si pactum iuramento fuerit firmatum, tunc cogitur contenta esse dote,
nec habet regressum ad bona paterna, c. licet, de iure iuri, in s. c. Quamuis
de pactis in s.

Glos. in uerbo, à successione, diuiditur in tres partes. In prima ponit regu-
lam, quod consuetudo uincit legem scriptam. c. V nico, inf. de feu. orig. De
hac regula uide quæ notantur in l. De quib; ff. de ll. & in c. fina. ext. de con-
sue. In secunda parte ponit aliam regulam, quod conditio foeminarum in mul-
tis est deterior quām masculorum. De qua uide glos. in l. in multis. ff. de sta-
tu hominum. Econtra autem masculorum conditio in multis est deterior,
quām foeminarum. De utroq; uide copiosiss. Spec. in & Ratione igitur sui,
in uers, Regulariter, in tit. de procurato, in tertia parte ibi. Sed quare, ponit
rationem, quare foemine in feudi non succedant, uidelicet, quod feuda idēo
conceduntur, ut uassalli dominos in bello iuuent. c. V nico. & penul. infrā de
capitulis corradi. c. V nico &. Item qui dominum, infrā quæ fuit prima caus.
benef. amit. foeminae autem propter sexus fragilitatem belligerari non pos-
sunt. I. Quisquis & ad filias. C. ad I. Iul. Maiesta. Ergo ad successiones feudi
non admittuntur. Sed contra illam rationem opponit gloss. Certum est quod
nepotes ex filiabus possunt dominum iuicare in bello, & tamen in successio-
ne feudi

ne feudiremouentur. c. Vnico. inf. de success. feud. Glossa fatetur contrari-
um, & respondet, quod omnium quae a maioribus nostris statuta sunt, potest
reddiratio. l. Non omniū. ff. de ll. Ideo stet pro ratione uoluntas, quod scili-
cet ita placuit consuetudini feudorum, nec aliquam aliam rationem allegat
gloss. Tu responde post Iacob. de Bel. & Alua, hic, rationem gloss. quare fi-
lia non succedat, ueram esse, præsentim quod ad ipsam filiam attinet. Licet au-
tem in nepote ex filia illa ratio non militet, tamen is propter alias rationes ex-
cluditur. Nam mater est media persona per quam nepos in bonis aui succe-
dit. l. Meminimus, cum multis similibus. c. de legit. hæredib. Sed mater ipsa
nullum ius habet in feudo, Ergo nec nepos ex ea tenet consequentia. Quia
successor non debet esse melioris conditionis quam autor eius. l. Quod ipsis.
ff. de reg. iuris.

¶ Hoc quoque sciendum.

Id est, licet in feudo nouo expresse pactum adjiciatur, quod ad collaterales
quocq; pertineat iure successionis, tamen successio uirtute illius pacti secun-
dum usum antiquum tantum extendebatur ad fratres patruelis. Et hodie de
iure nouissimo usq; ad septimum gradum.

Beneficium hoc) Id est feudum nouum.

Frates patruelis) Ultra quartum gradum?

Non progedit) Etiam pacto adiecto de succedendo?

Moderno tempore) Ex consuetudine recentiori.

Masculis descendantibus) Quia in descendantibus feudum nouum statim fit
paternum, autum uel antiquum. Ideo omnes ex primo acquirente descen-
dentes usq; in infinitum succedunt.

Vt uerbum Infinitum, hic in tex. positum intelligas, dic secundum Alua.
Aut feudum est nouū, & tamen in inuestitura dicit, quod collaterales quoq;
succedant in eo, & tum durat successio uirtute illius pacti usque ad septimum
gradum inclusuē, inter eos scilicet qui non sunt nati ex primo acquirente,
Sunt tamen agnati & collaterales, & hoc est quod dicit tex. hic, licet moder-
no tempore usq; ad septimum gradum sit usurpatum. Aut feudum est pa-
ternum, autum siue antiquum. Et tunc omnes ex primo acquirente nati, in
linea directa et obliqua, usq; in infinitum succedunt, etiamsi sibi inuicem fa-
cti sunt collaterales. Et sic collateralis collateral, agnatus agnato, in infinitū
succedit, Quia respectu primi acquirentis omnes sunt descendentes. Et hoc
est quod dicit tex. hic, Quod in masculis descendantibus hodie nouo iure,
usque in infinitum extenditur. Et est text. in c. Vnico. inf. de natura success.
feudi. Et tex. in c. satis, infrā de prohib. feudi alie, per Lotha.

Geniculum Gallica uox est, idem significans quod gradus.

Curiar Regnam) Fiscum.

Id est, Si dominus contendit feudum nouum esse post mortem alicuius ua-
falli, & ideo sibi apertum, Agnati uero contendunt feudum paternum fuisse,
ideo ad se pertinere, tenentur agnati probare duodecim sacramentalibus
suis, hoc est, conuafallis iuratis, quod illud feudum sit paternum, & se defun-
cto fuisse proximiores. Et de hoc dicemus in ¶ Cū autem, infrā, si de inue-
stitu. feud. contro. fue.

Gloss. in fin. dum dicit de septimo geniculo, errat. Quia si feudum est pa-
ternum & probatur, paternum non est necesse probari, quod aliquis fuerit in
septimo gradu sine geniculo, sed satis est se natum ex primo acquirente, &
non extare propinquorem.

Glos. in uerbo, Usq; in infinitum.

D. MELCHIOR KLING,

30

Vide de hac q. An infinitas sit licita uel illicita, Bart, in d. I. Qui bona & Vltimo, ff. de dam, inuec.

¶ Notandum.

Hic ¶ tit. infrā de feud. dat. mini, ualuaoribus, sunt correcti per consuetudinem recentiorem, quæ habetur in c. Vnico, infrā de natura feudi. Olim enim erat differentia inter feudum, quod concedebatur à capitaneis regis siue regni ualuaoribus maioribus, hoc est, Ducibus, Marchionibus & Comitibus &c: Quia illud habebat propriam naturam feudi, nec poterat auferri uasallo sine culpa, sicut nec hodie. Feudum autem concessum à minoribus ualuaoribus, hoc est, ab illis, qui à Marchionibus, Ducibus siue Comitibus feuda habebant & de illis alijs quoq; ultrā concedebant, qui mini minor ualuaores dicebantur. Et hoc non habebat propriam naturam feudi, ideoq; minor ualuaor quicunq; uolebat, poterat id à minimo ualuaore etiam sine culpa auferre, exceptis duabus casibus hic in tex. expressis. Hæc sunt correcta per d. c. Vnicum, infrā de natura feu. in fine.

A. regis Capitaneis) Hoc est, à Ducibus, Marchionibus & Comitibus:
Alijs) Scilicet minoribus ualuaoribus.

Censetur) Nec potest auferri sine culpa.

A minoribus) Valuaoribus, qui scilicet sua feuda non à rege, sed à Ducibus, Marchionibus uel Comitibus habent.

Voluerint) scilicet minores ualuaores.

Auferre queunt) Minoribus, infrā de feu. dat. minimis ualua. Hic tit. quoq; est correctus.

An & quando uassalli possint priuari feudo, & ex quibus causis, dicimus in frā in titulo de feu, sine culpa non amitt. Et in tit. quæ fuit pri. caus, benef. amitten.

Defudo Guardiæ & Castaldiæ.

Tit. II.

Summarium secundum Alua. Feudum quod datur ratione Guardiæ uel Castaldiæ, uel pro mercede alicuius rei, nō est durabile, quia reuocari poterit elapso anno, nisi in concessione fuisset adiectum certum tempus, quia tunc non potest reuocari ante tempus finitum. Et dominus reuocas talia feuda, non tenetur ad precij restitutionem, quod accepit pro ipsorum concessione;

Dictum est in ¶ proximo, quod feudum datum à minorib. ualuaorib. poterit de iure antiquo regulariter reuocari quād ocūq; domino placuerit. Nisi in hoc tit. habes aliam speciem feudi, quod post annum reuocatur, scilicet feudum Guardiæ, Castaldiæ, & feudum quod pro mercede alicuius rei datur:

Dicitur autem feudum Guardiæ, quod concessum est illi, qui depuratus est ad Guardiam siue Custodiā alicuius castri. Et propter hoc feudum sibi constituitur, uel talis Guardia habet feudum annexum.

Feudum Castaldiæ uero dicitur, quod dominus concedit alicui ppter Castaldiam, id est administrationem quam exercet. Dicitur enim Castaldus is, cui res domini gubernanda committitur, secundum gloss. in l. fina. In uerbo, Seruo. c. Quod cum & c. Et gloss. hic in uerbo, Si uero. Et hæc feuda omnia post annum reuocantur. Dicitamen, aut dominus uult auferre ante lapsum anni, & distingue: Aut habet iustam causam & poterit auferre. Si enim auferit officium, censetur quoq; auferre beneficium. Arg. I. Quisibi prætextur. C. de sacrosanc. Eccles. Aut nullam iustam causam habet, & poterit quidem auferre officium, non autem beneficium, sicuti in simili dicitur de magistratu qui non gessit officium culpacionum, quia nihilominus habebit solatum, ut nosca-

Guardia.
Custodia.
Feudum
Guardia
quid?
Feudū Cas-
taldiæ.
Castaldus.

ut notatur in c. Aduersus, extra de immuni. Eccles. Aut uult auferre post lapsum anni, & dic: Aut feudum est datum ad certum tempus, uel cum alia quo alio pacto, & contra illud pactum uel ante tempus auferre non poterit, Authentica qui rem huiusmodi. C. de sacrosanct. Eccles. l. Eisdem. C. locati. Aut simpliciter est datum, & auferre poterit dominus post annum etiam sine culpa, per text. hic. Ratio autem quare haec feuda ita auferuntur, haec est: Primo, quia huiusmodi officia Guardiae, Castaldie & similia nondurant ultra annum, Officiales enim ingrediebantur eorum officia in Calendis Ianuarijs, & retinebant per annum, l. Publius, in princ. ff. de conductio, & demonst. l. Pridie. ff. de ferijs. Vnde finito officio, censeretur quoque finitum feudum, quia cessante causa, cessat effectus. l. Adigere & Quamvis, ff. de iure patrona. Et ita in effectu decidunt Bald. Iacob. de Belui. & Aluaro: hic.

¶ Si uero.

Si Castaldus dicit se rem aliquam possidere nomine proprii feudi, per hoc non defendit sibi possessionem, nisi probet de iure suo.

C A S V S.

Pone casum secundum intellectum gloss. hic. In uerbo, sibi. Quidam miles habebat quendam fundum, qui erat feudum proprium, ipse tamen nesciebat proprium feudum esse, ob id factus est Castaldus, & accepit ignoranter illam rem a domino, tanquam feudum Castaldie. Anno elapso dominus uolebat illud feudum reuocare, miles autem certior factus, asserit non esse Castaldie feendum, sed proprium, ob id recusat cedere. Quaratur, Ut terrenatur probare, an dominus, quod sit feendum Castaldie, an uero miles, quod sit feendum proprium. Et primò uidetur, quod uassallus non debeat admitti, etiam si uelit probare quod feendum sit rectum & proprium. Nam ex quo recognouit illud pro feudo Castaldie, censeretur per hoc iuri suo recti feundi renunciasse. l. Si seruos, cum similibus. C. de actio. emp. & uenditi. Secundò esto, quod uassallus admitti debeat, tamen uidetur quod non sit ostendandus probatione, sicut text. hic postulat, sed satis esse quod iuret, & stet eius iuramento, per text. in c. Vnico. ¶ Si quis, infra, si de inuestitu, inter domi. & uasal. lis oriatur. Tertiò uidetur, quod dominus teneatur probare esse feendum Castaldie, & non uassallus, quod sit feendum rectum per text. expressum in c. Vnico ¶ Item si uassallus, infra, si de inuestitu, feu. controuers. fue.

Contrarium decidit tex. noster, Quod scilicet Castaldus qui rem possidet nomine proprii feudi, domino dicente esse feendum Castaldie, tentetur probare per conuasallos siue per publicum instrumentum esse rectum feendum. Nam ex quo uassallus fatetur se esse Castaldum propter officij Castaldie qualitatem, presumitur quod qualitas beneficij siue feudi. Sicuti beneficium quod conceditur custodi, censeretur concessum causa custodiae, & utilico causa uillationis, dispensatori causa dispensationis. Arg. Authenticè licentiam, cum ibi nota. C. de Episco. & cler. Haec ergo presumptio iuris transfert onus probandi in ipsum uassallum, ut scilicet probet non esse feendum Castaldie, sed proprium feendum, non obstante quod possidet. l. Siue possideris. C. de probatio. Et hoc est introductum in fauorem dominorum, & in odium officialium, qui plerumque technis dominum circumuenire solent. Et ita quod respondet gloss. cit. sequenti in uerbo, ratam, Bal. & Alua. hic. Nec obstant huic decisioni iura pro rationibus dubitandi allegata. Et primò nihil facit quod dictum est uassallum non admitti ad probandum. Nam ex quo recognouit pro-

feudo Castaldiæ, censetur iuri suo per hoc renunciasse &c. Quia ad hoc respondetur, quod hoc argumentum procedit, quando quis sciens recipit feudum proprium pro feudo Castaldiæ, tum uidetur iuri suo renunciare. Sed autem non loquitur, quando uasallus ignoranter accepit feendum proprium pro feudo Castaldiæ. Ita soluit gloss. hic in uerbo, sibi. Ex qua solutione gloss. posteris secundum Bal. & Alua. tria colligere: Primum, si per errorem sit facta recognitio feudi, aliter quam sit solitum, talis recognitio causa cognita non praediudicat. Arg. I. cum falsa, & quæ ibi notant Doct. C. de iur. & fac. igno. Secundum, si quis habet ius in aliquare, & scienter contrahit, super ipsa re sibi praediudicat. I. Si aliquam rem. ff. de acq. possessio. I. Qui rem. c. locati. Tertiò colligitur ex illa solutione, quod in factis antiquis potius præsumitur error & ignorantia, quam in factis recentibus. Nam hæc gloss. præsupponit, quod ille uasallus, de quo in §. nostro, ignorabat qualitatem sui feudi, quod non esset uerisimile si factum esset recens. Et dicit Bal. hoc notandum esse.

Secundum non obstat tex. in c. Vnico. Si quis. inf. si de inuestit. int. domi. & uasal. lis oriatur. Vbi habetur quod statur iuramento uasalli, nec opus sit probatione, quia ad hoc breuiter respondeatur, quod ibi uasallus possidebat rem pro feudo proprio & recto, Dominus autem contendebat eum non esse inuestitum, statur hoc casu iuramento uasalli, sed in terminis §. nostri, uasal. Ius possidebat rem non pro feudo proprio, sed pro feudo Castaldiæ. Ideò si contendit non esse feendum Castaldiæ, sed proprium, requiritur probatio, nec sufficit iuramentum, secundum Alua, hic.

Tertiò non obstat tex. in c. Vnico. Item si uasallus, inf. Si de inuestitura feudi contro. fue. Quia ibi non constabat, quod uasallus erat Castaldus, sed dominus sine aliqua ratione allegabat eum Castaldum esse, quod uasallus negabat. Ideò ipse dominus teneat probare quod dicit. Ei. n. qui dicit, incumbit onus probandi, non ei qui negat. I. Ei qui dicit, ff. de probatio. Hic autem in terminis §. nostri uasallus fatetur se Castaldum, & dicit se per errorem & ignorantiam feendum suum proprium pro feudo Castaldiæ accepisse. Ideò necesse est ut probet illum errorem. Quia præsumptio propter officium Castaldiæ est pro domino contra uasallum, quæ præsumptio transfert onus probandi in uasallum, d. I. siue possidetis, C. de proba. Doct. ponunt multas alias solutiones, sed hæc uidetur uerior.

Qui successores feendum dare teneantur.

Tit. III.

C A S V S.

Quidam dominus habebat uasallum, qui planè solus erat sine prole masculina, neq; etiam agnatos habebat, ad quos feendum potuisset peruenire, ob id eo mortuo, feendum ad dominum fuisse reuersum. Ideò alius quidam illo uasallo uiuo sine eius consensu impetravit à domino inuestituram illius feudi in diem uel sub conditione, ut scilicet tum haberet effectum, cum primus uasallus decessisset. Quæritur nunc, utrum illa inuestitura ualeat, & obliget dominum eiusq; hæredes & successores. Et uidetur primò, quod non ualeat. Nam illa inuestitura efficit, quod inuestitus sperat mortem uasalli uidentis. Et tamen nemo in mortem alterius spem ponere dicitur. I. Inter stipulatorem & Sacramēta, ff. de uerb. oblig. Secundò illa inuestitura de feudo uiuentis, est contra bonos mores, & inducit uotum caprandæ mortis alienæ, quod simpliciter iure est prohibitum, adeò, quod tale pactum etiam cum iuramento non ualeat, per tex. expressum in I. fin. C. de pactis. I. Qui superstitis, ff. de acq. hæredita, I. Ex eo, I. defunct, lib. stipula, I. Pactum, quod do-

tali.

tali. C. de collatio. Tertiò facit c. secundum, ext. de concessio. præben. Vbi expressè prohibetur, quod concessio præbendarum non uacantium, et sic ea rum qui adhuc uiuunt, fieri nō debeat. Ergo idem est in feudo. Quartò, quod talis inuestitura de feudo uiuentis etiam sub conditione uel in diem fieri non debeat, tenet expressè gloss. in d. l. fina. in uerbo, obseruare. C. de pactis. Quintò, quod talis inuestitura sit nullius momenti, probatur per Regulam Catonianam, quæ habet; Quod ab initio non ualuit, tractu temporis conuale scere non potest. I. penul. cum similib. ff. de reg. iur. Sed hæc inuestitura, de qua hic tractatur, ab initio non ualeat; Quia prior uasallus manet in possessio ne. Ergo uidetur, quod tractu temporis, & sic post mortem prioris uassalli quoq; non ualeat.

Sed istis & quibuscumq; alijs non obstantibus decidit tex. noster notabilis ter contrarium, quod scilicet concessio facta per dominum de feudo uiuentis, qui successores legitimos non habet, ualeat & teneat, si modo est facta sub illa conditione, ut post mortem prioris uassalli effectum consequatur. Ita decidit tex. hic. Et concordat c. Vnicum, inf. Qui successio, teneantur, c. Si quis inuestierit, infrā de feud. dato in ui. legis commisso. §. Moribus, infrā, si de feud. defun. conten. sit int. dom. & ag. uassal, c. Vnico, infrā de cler. qui in uesti. fa.

Tu tamen pro intellectu istius quæstionis ita distingue; Aut dominus feudum uiuentis sub conditione concedens est prælatus Ecclesiasticus, ut archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, uel similis. Aut est dominus laicus, ut Dux, Marchio, uel Comes &c.

Primo casu dic; Aut illud feudum non pertinet ad res Ecclesiæ, sed ad bona patrimonialia ipsius prælati. Et ualeat concessio indistinctè, ita, quod eius successor obligatur, d. c. Vnico, in prin. infrā de cler. qui inuest. facit. Aut feudum pertinet ad res Ecclesiæ, & subdistingue; Aut concessio illa conditionalis fit cum consensu illius uassalli, qui feudum possidet, ut puta quod secundus uassallus quoque mittatur in possessionem feudi, & quoque obligatur successor prælati seruare illam inuestituram, per tex. nostrum hic in uers. Nisi ille qui inuestitu. &c. Aut non fit cum consensu uassalli possidentis, & dic; Aut uassallus possidens decedit ante prælatum inuestientem, & sic quod prælato in eius uita aperitur feudum. Et tunc successor prælati tenetur illam concessionem habere ratam, per text. nostrum hic, uers. Sed si ille, Quia in uestitura peruenit ad eum casum, à quo sine controversia poterit incipere, quia feudum uiuente prælato apertum est, quod adhuc possit concedere si concessum non esset &c. ut c. Vnico, infrā de cleri. qui inuestitu, fecit. Aut inuestituram faciens, decedit ante uassallum feudum possidentem. Et hoc causa successor prælati non tenetur illam concessionem habere ratam, per text. nostrum hic in uers. Et ante deceaserint. & d. c. i. in uers. Nisi fuerint facta, infrā, qui successo. tene. d. §. Moribus, uers. Secus est, infrā, si de feudo defun. conten. fuerit &c. d. c. Vnico, infrā de cler. qui inuest. facit. Et ratio est, quia prælatus non succedit antecessori ut hæres, sed iure electionis. Arg. c. Ad decorum, extrā de institutio. c. i. extrā de præben. & dig. Ergo non tenetur habere ratum eius factum, quod scilicet in uita antecessoris non est sortitum effectum. Præterea prælatus non habet auctoritatem disponendi defuturis in præjudicium successoris. Arg. c. precarijs, extrā de precario. c. 2. ext. de rerum permutatio.

Secundo casu, quando scilicet laicus, ut Dux, Marchio uel Comes aliquis concedit alicui feudum uiuentis, sub illa conditione, ut habeat post mortem possidentis, dic quod illa concessio indistinctè ualeat, & hæredes concedentis tenentur eam habere ratam, siue ipse concedens prior deceaserit, siue uassallus pos-

Ius possidens, per text. hic in § laici. & d. c. Si quis inuestierit, infrā de feudo in uicem legis commiss. datam, d. § Moribus, inf. si de feu, defunc. cont. fuerit.

Quod autem hæc concessio ualeat, probari potest etiam per rationes & similia. Nam certum est, quod si filius familiæ habet seruum ad Castrense peculium pertinentem, & pater eius filij legauerit alicui illum seruum, filio uiuenti. Si filius decesserit uiuuo patre ab intestato, tale legatum postea sumit effectum, & tamen pater testatus erat de peculio filij uiuentis. I. Seruum filij, in prin. ff. de lega. i. Ergo idem est dicendum de feudo uiuentis, decedentis scilicet sine legitimo hærede. Secundō est sine dubio, quod feudum habet cognitionem cum usufructu, quia dominus feudi est loco proprietatis, & uassallus loco usufructuarij, ut diximus suprà in definitione, sed certius iuris est, quod si proprietarius in uita usufructuarij usumfructum illius rei alij cuidam concederit sub illa conditione, ut habeat post mortem usufructuarij uiuentis, ualeat concessio, per ea quæ notantur in l. qui fructus, ff. de usuf. lega. Ergo idem iudicandum est in feudo. Tertio, hic contractus celebratur super re ipsius domini concedentis, qui scilicet tempore concessionis habet directum dominium in re concessa, nec ullo modo est obligatus primo ua-

~~Wann es~~ fallo de non infeudando alijs in casum caducitatis, nec potest uassallus hinc con-
~~würdt~~ queri de aliquo præiudicio, cum statim & immediate post mortem eius feu-
heimfallē. dum reuertatur ad dominum. Quia ipse uassallus de eo disponere & testari
non potest. c. Vnico, in prin. infrā de success. feudi. Cum ergo ex disposi-
tione iuris communis hoc ius, scilicet ut feudum post mortem uassalli sine le-
gitimo hærede decedentis reuertatur ad dominum, ipse dominus habeat, non
uideo rationem, cur dominus suum ius in aliū transferre non possit. Cum
quilibet rerum suarum sit moderator & arbiter, l. in re mandata. C. Mandati.
Et potest obijci uassallo possidenti Regula: Quod tibi non obest, & mihi
prodest, impedire non debes.

Quarto certum est, quod feudum non solum reuertitur ad dominum per mortem uassalli, sed multis alijs modis, ut dicemus infrā, Quib. mo. feudi amitta. Et infrā, Quæ fuit prima causa benef. amitten. Ergo dominus ante mortem, sub conditione tamen, de qua suprà, de eo disponere potest.

Ratio autem, quare hæredes indistincte teneantur habere ratam illā concessionem, hoc est, quia hæres gerit uicem defuncti, & habetur una persona cum defuncto, ut in Authentico de iure iuri, à morien. præst. post prin. Ideo tenetur fratrem defuncti ratum habere, iuxta illud, ex qua persona quis lucerum capit, eius factum quoque præstare debet. l. Ex qua persona. ff. de Reg. iur.

Nec obstant huic decisioni iura pro rationibus dubitandi allegata. Et pri-
mō nihil facit quod dictum est illam inuestituram efficere, quod inuestitus sperat in mortem uassalli prioris, cum tamen hoc sit prohibitum &c. Quia ad hoc respondeatur, quod illa ratio non habet locum in feudo, cum dominus semper habeat spē de feudo uassalli, quod ad ipsum reuerti debeat post mortem uassalli sine hæredibus decedentis. Et tamen illa spes in iure nusquam reprobatur. Quare dominus illam spem, quam omni iure habet in aliū transferre poterit, infeudando scilicet, sub conditione, de qua suprà.

• Secundō non obstat l. fin. C. de pactis. Et l. quæ superstitis. ff. de acq. hæredita, & l. Ex eo, cum similibus. C. de inutilib. stipula. In quibus prohibe-
ra loquuntur de iure cōmuni scripto, secundum quod uiuens poterit per actus
inter viatos, uel in ultima uoluntate de rebus suis allodialib. disponere uelte.
Et ergo impediatur huiusmodi libera disponendi & testandi facultas,
prohibitum

prohibitum est pacisci de successione eius qui de ea disponere poterit. Nos autem hic loquimur de iure consuetudinario feudorum, quod non regulatur secundum regulas iuris communis, c. 1, infrā de feudi cog. Nullus enim uassallus de feudo disponere aut testari potest, sed si sine heredib. legitimis, hoc est, filiis masculis aut agnatis decesserit, reuertitur feendum indistincte ad dominum, c. Vnico, cum similib. infr. de successio, feudi. Et sic uassallo uiuere dominus ius in illo feudo, scilicet ius directi dominij, propter quod poterit de feudo disponere, ita tamen, ut fiat sine praeiudicio uassalli possidentis, per text. nostrum hic, & alia iura concordantia.

Secundō iura contraria prohibent, ut diximus, pactum de successione uiuentis, sed hæc concessio, de qua nos loquimur, non est pactum de successione uiuentis, sed potius pactum collatum in defectum iuris tertij, scilicet, si tertius sine legitimis heredibus decesserit, quod pactum utiqz in se habet iuris ordinem, & est ualidum. Ita respondet Bal. in d. c. 2, infrā de feud. dato in uicem legis commisso.

Tertiō respondet, quod illa iura ponunt generalem Regulam de pacto futuræ successionis prohibito. Nos autem hic sumus in casu speciali. Et habemus pro nobis Regulam, Generi derogatur per speciem, c. generi, ext. de Reg. iuris in sexto:

Tertiō non obstat c. 2, ext. de concessio, præben. Quia Alua, post And. de Iser, ita respondet, quod concessio præbendarum non uacantium ideò sit prohibita, quia frequenter petebantur. Ideò propter illam importunam & insolentem frequentiam processerit prohibitio Latronensis. Tu dic esse diuersam rationem inter feendum & præbendas, quia concedens præbendas nullum dominium habet in præbendis, sed tantum ius patronatus, nec potest ipse uacantes retinere, ob id quoqz de non uacantibus disponere non potest. Secus est in concedente feendum, quia ipse retinet directum dominium in feedo concessio, & potest pro seipso, si uult, feendum apertum retinere, Ergo est diuersa ratio, & quoqz diuersum ius.

Quintō non obstat gloss. in d. l. fin. C. de pactis, quia ad hoc respondet, quod nos hic habemus text. & nullius gloss. autoritas tam magna est, ut textibus præferri debeat. Immò gloss. creditur propter textum in ea allegatum, ut notatur in l. ut uim, ff. de iust. & iure.

Postremo non obstat Regula Catoniana, quia hæc concessio, de qua nos loquimur, ab initio ualeat, saltem quo ad hoc, ut obliget dominum eiusqz heredes ad seruandam illam concessionem post mortem uassalli. Et per hoc sit quoqz explicatus tit. inf. qui successo, teneantur, & c. 2, infrā de feu, dato in uicem legis commisso, ut & Moribus, c. Vnic, inf. si de feu, defuncti content, sit &c. Et c. Vnicum, infrā de cler. qui inuestitu, facit. Et per hoc sint quoque explicatae gloss. hic in uerbo, Archiepiscopus, & in uerbo, Compelluntur.

Inuestitaram) Verbalem & abusiuam. Est enim inuestitura duplex, Propria & Impropria.

Inuestitura propria dicitur, quæ fit per traditionem possessionis rei feudalis, ut infrā, quid sit inuestitu, in prin.

Impropria inuestitura dicitur abusiuam sive uerbalis, quæ fit uerbis tantum interueniente annulo, uel hasta, uel alio quodam simili signo corporeo, sine traditione effectuali ipsius possessionis. Et de hac loquitur text. noster, Feudi) Pertinentis ad Ecclesiam. Secus enim si prælatus Ecclesiasticus de proprijs bonis infeudet, tunc enim idem iuris est in clericis quod in laicis, ut diximus,

Pares eius Curiæ.

Pares Curiæ dicuntur uasalli, qui ab eodem domino feudū tenent, c. Vnico, uers. Testes, infrā, si de inuest. inter do. & uasal, lis oriatur.

Breue testatum) Dicitur publicum instrumentum, secundum Alua, in tit. proximō suprā.

Vacat hoc c.) Id est superfluum, quia idem habetur in c. Si quis inuestitus, inf. qui successo, tenean. Et in c. Si quis inuestierit, infrā, de feudo dato in uicem legis commissoriae. Et in § Morib. infrā, si de feud. defunc. conten. sit int. do. & ag. uasalli. Et in c. Vnico, inf. de cleri, qui inuestitu, facit.

De hac quæstione, utrum scilicet archiepiscopi, episcopi & prælati Ecclesiarum possint feuda concedere cognatis & consanguineis, uide quæ diximus suprā in præludijs.

Non tamen cognatis dabunt) Tu dñe contrā. Si cognati sunt utiles Ecclesiæ, tunc poterunt eis concedere, ut diximus suprā.

Purè aliquem inuestierit) De feudo uiuentis exinanitur feendum;

Sub conditione fecit) Vt habeat post mortem prioris uasalli.

Vassallo) Scilicet priore.

Recusare non potest) Scilicet successor prælati;

Priuati) Scilicet laici.

Gloss. in uerbo, compelluntur, ponit rationem decidendi.

Prædictorum) Prælatorum Ecclesiasticorum, nihil habet à prædecessore;

Quia prælatura fit ex electione, non ex successione,

Sed in herede) Scilicet laici securus.

De alijs quæstionibus extra textum motis, An scilicet prælatus posset diminuere annum Canonem in præiudicium successoris. Item, an successor teneatur soluere debita prædecessoris. Item, an prælatus inuestiens de feudo nondum aperto possit dictam inuestitaram reuocare, Vnde Alua, hic.

SEQVITVR DECLARATIO TIT. III.

Si de inuestitura feudi controuersia fuerit.

In titulis præcedentibus dictum est de personis, quæ purè & sub conditio-
ne inuestitaram facere possunt. Quia autem sæpè inter dominum & uasal-
lum propter inuestitaram contentiones oriuntur, sequitur hic titulus de con-
trouersia inuestituræ.

Quidam autem dicunt hoc capitulum esse superfluum, cum idem habeatur in c. Vnico, infrā de controuersia feudi apud pares terminanda. Et hoc vult gloss. hic in uerbo, si autem. Sed responderi potest secundum Alua, quod non sit superfluum. Quia hic tit. tractat, uter inuestitaram probare te-
neatur, controuersia inter dominum & uasallum orta. Sed c. Vnicum alle-
gatum inf. de contro. feu. apud pares termi. tractat, apud quos iudices tracta-
ri debeat. Et sic sunt diuersæ materiæ.

Alij autem tituli infrā positi sunt, qui idem uidentur continere, ut infr. de
contentione int. domi. & uasal. de inuest. & inf. si de inuestitu. int. dom. &
vasal. lis oriatur. Et inf. si de feu. defun. conten. sit int. do. & ag. uasal. &c.

• Quia tituli licet tractent eandem materiam, tamen in singulis titulis inseruntur decisiones, quæ omnes non sunt repetitæ, sicuti ordine uidebimus.

CASVS.

Poœ inter dominum & uasallum oritur contentio super inuestitura, ua-
sallo dicente se uerbaliter de aliquo feudo inuestitum, ideo petiſe mitti in
possessionem realem. Dominus autem econtrā negat eum inuestitum. Ideo
cicit

dicit se non teneri ut mittat eum in possessionem. Quæritur itaq; cui in cumbat onus probandi. An uasallo, quod sit inuestitus, uel dominō, quod eum nō inuestierit. Et in hac quæstione distinguit textus: Aut uasallus dicit feudum ad se pertinere ex inuestitura noua, aut ex successione.

Primo casu dic: Aut inuestitura est Verbalis, aut Realis. Si est Verbalis inuestitura, ut abusua & impropria, puta, quod uerbo & signis aliquibus inuestituram facit. Et tunc uasallus tenetur probare se inuestitum, & non dominus. In hac autem probatione attende, si dominus habet alios uasallos, qui pares uocantur, & is qui se inuestitum dicit per extraneos testes, hoc est, eos qui non sunt conuasalli, inuestituram probare non poterit. Sed tenetur probare per conuasallos, & sic pares Curiæ uel breue testatum, hoc est, instrumentum publicum. Ita loquitur textus, noster in prin. Si uero dominus inuestiens non habet alios uasallos, & poterit is qui dicit se inuestitum per testes extraneos, qui non sunt pares Curiæ, siue per breue testatum probare, se uerbaliter inuestitum. c. Vnico §. Quod autem, inf. De consue. recti feud. c. Vnico, inf. An testes sint necessarij ad nouam inuest. proban. Et si illa uerbalis inuestitura hoc modo fuerit per uasallum probata, tenetur dominus eum quoque uerè & realiter inuestire, hoc est, in possessionem mittere, per text. nostrum hic in prin. Et si differat mittere in possessionē quæ uacua est, præstabit ei omnem utilitatem, secundum gloss. hic in uerbo, possessionem. Et dicemus infra.

Aut inuestitura est Realis, hoc est, quod uasallus inuestituram & possessionem reipsa consecutus erat. Et dic, aut dominus fatetur inuestituram. Dicit tamen non esse proprium feudum, sed Guardiæ siue Castaldiæ, & distingue: Aut uasallus est Castaldus, negat tamen feudum Castaldiæ siue Guar- diae esse. Sed dicit proprium, & probabit ipse Castaldus quod proprium sit. c. Vnico §. Si uero Castaldi, & ibi diximus, sup. de feudo Guardiæ & Ca- staldiæ. Aut uasallus non est Castaldus, nec Guardianus, & domino dicenti feudum Castaldiæ esse, imponitur onus probandi. Et in hoc casu dic: Aut do- minus probat feudum Castaldiæ siue Guardiæ esse. Et tenetur uasallus post lapsum anni id domino restituere, nisi uasallus possidens per pares Curiæ uel breue testatum probare poterit, se à domino, postquam in Guardiam suscep- pisset, pro feudo proprio accepisse. Et in hoc casu loquitur §. Item si uasallus, in prin. hic tit. nostro.

Aut dominus non probat esse feudum Castaldiæ, & tunc uasallo defertur iusfirandum, quod iuret se feudum proprium possidere. Ita loquitur d. §. Itē si uasallus, uers. Domino uero &c. hic tit. nostro. Et licet hæc decisio & aliae quædam sequentesint contra uulgatam regulam, Actore non probante, re- us, et si nihil omnino præstiterit, absoluī debet. l. Qui accusare. C. de edendo. Tamen est iusta ratio, cur uasallus possidens nihilominus iurare teneatur, de quainfra dicemus:

Aut dominus negat inuestituram, & dic: Aut negat eam simpliciter. Aut dicit uasallum rem feudalem tenere loco pignoris. Quādo negat simpliciter, distingue: Aut uasallus habet à domino tantum hoc feudum, de quo est con- trouersia. Aut præter illud feudum habet ab eodem domino quoq; alia feu- da, de quibus non est controuersia.

Primo casu dic: Aut uasallus possedit rem feudalem ad minus per annum, Et tempore controuersiae adhuc possidet. Et dabitur uasallo defensio, id est, defertur ei iusfirandum ad sui defensionem propter possessionem, scilicet, quod iuret se inuestituram realem à domino accepisse. Ita loquitur §. Si uero, in prin. hic tit. nostro. Et quæ sit ratio, quod possessio hic teneatur iurare, & sic titulum suæ possessionis allegare, contra legem cogi. C. de petit. hære-

infrā dicemus. Aut uasallus fuit aliquando in possessione, sed tamen tempore controuersia non est in possessione. Et dic: Aut dominus possidet, & subdia
stingue: Aut uasallus per pares Curiae siue breve testatum probat rem ad se pertinere, & obtinebit. Aut non probat. Et datur domino defensio, hoc est, iuramentum ad sui defensionem propter possessionem. Et in hoc casu loquitur d. Si uero, uers. Si autem, hic in tit. nostro. Aut neuter possidet, neque uasallus neq; dominus. Et tūc aut sunt paris conditionis dominus et uasallus. Et ei qui conuenit, dabitur defensio, quia fauorabiliores sunt rei quam auctores, i. fauorabiliores, ff. de reg. iur. Aut non sunt paris conditionis, & tūc honestiori deferendum est iuramentum, secundum ea, quæ notantur in i. In bonæ fidei. C. de iureiu. c. fina, extrā de iureiu.

Secundo casu, quando scilicet uasallus ab eodem domino habet alia feuda præter id, de quo est controuersia. Et dic: Aut uasallus est in possessione illius feudi, de quo est controuersia, & sibi defertur iuramentum. Aut non possidet uasallus. Et tunc si probat per pares Curiae uel breve testatum inuestituram, & obtinebit. Si uero non probat, & regulariter dominus absolvitur, nec grauatur per iuramentum, quia cūm in alijs rebus aduersarius sit uasallus ipsius domini ex aequitate, remittitur domino iuramentum. Et in his casibus loquitur d. Si uero, uers. Si uero feudum, hic c. nostro. Et tantum de eodo dominus dicit se uasallo rem feudalem pro pignore dedisse, Vasallo uero dicente se pro feudo accepisse. Et dic: Aut dominus poterit probare contratum pignoratitium, & tenetur is, qui possidet, domino rem restituere uirtute contractus, uel probare se deinde, postquam nomine pignoris accepisset, quoq; nomine feudi accepisse, si tamen dominus pignus probare non potuerit, dabitur illi qui possidet defensio, hoc est, iuslurandum. Et in hoc casu loquitur d. similiter, hic tit. nostro. Et tantum de primo membro principalis distinctionis, quando scilicet uasallus dicit feudum nomine inuestituræ ad se pertinere. Nunc de secundo casu principali dicemus, quando scilicet uasallus dicit rem ad se iure successionis pertinere, ut quia fuit feudum antiquū siue paternum, & se succedere defuncto. Et distingue: Aut uasallus possidet totum, medietatem uel aliquam partem feudi pro paterno siue antiquo. Et domino dicenti non esse antiquum, incumbit onus probandi. Aut uasallus possidet quidem, non tamen pro feudo paterno siue antiquo. Et dic, si poterit probare quod iure proprietatis uel allodij acceperit, uel rem feudum paternum esse, & obtinebit; si hoc probare non poterit, dabitur ei defensio cum duodecim sacramentalibus. Et in hoc casu loquitur d. Cum autem, hic tit. nostro.

Fidelem) Id est, uasallum.

Inuestitura) Scilicet uerbali & abusiua.

Fuerit) Scilicet quia uasallus dicit se inuestitum à domino, & propterea petit missionem in possessionem, dominus autem hoc negat.

Quid juris sit) Id est, cui imponatur onus probandi.

Et si inuestitura) Verbalis & abusiua.

Paribus Curie) Id est, conuassallis.

Breui testato) Id est, publico instrumento.

Inuestitus est) Scilicet uerbaliter.

Possessionem) Scilicet realem & uacuam.

In possessione) Et sic realiter & propriè est inuestitus;

A domino) Dicente eum non esse inuestitum.

Ei) Id est, uasallo.

Defensio) Id est, iuramentum ad sui defensionem.

Datur)

- Detur) Id est, deferatur.
 In possessione) Cum tam en in ea primum fuerit.
 supradictis modis) Scilicet per pares Curiae uel breue testatum.
 Probare) Scilicet inuestituram.
 Tunc illius) Scilicet domini.
 Defensio) Scilicet iuramentum.
 Feudum) Scilicet aliud praeter id, de quo est contiouersia.
 Defensio) de uigore.
 Ex ordine) Id est, æquitate.
 Aliunde) Id est, propter aliud feudum.
 Proprietatis) Id est, rem nomine proprietatis uel allodij acceperit;
 Vel) Scilicet non est in possessione. Et probauerit allodium, uel paternum
 feudum obtinebit.
 Feudo) Scilicet proprietas.
 Domini est probatio) Scilicet, quod sit feudum Guardiae.
 Poterit probare) Dominus, feudum Guardiae esse.
 Restituere) Scilicet post annum.
 Illius) uasalli.

Gloss. in uerbo, breui testato.

Hæc autem consuetudo Mediola, scilicet quod breue testatum per alios
 quam pares Curiae confirmari possit, habet tantum locum Mediolani. Et ibi
 talis consuetudo approbata est, non autem alibi, secundum Alua hic. Tu dicas
 breuisbus; Aut dominus non habet alios uasallos siue pares Curiae. Et tunc
 confirmatio potest fieri per alios etiam non uasallos. c. Vnico. § Quid au-
 tem, ms. de consue, recti feu. c. Vnico, inf. de uotis feudorum. Et in hoc ca-
 su potest intelligi consuetudo Mediolano. Aut habet alios uasallos; Et tunc
 per eos qui uasallii non sunt, breue testatum confirmari non potest, & ita in-
 telligitur tex. in c. Vnico. § Si enim, inf. Quid sit inuestitu. Per sigillum ta-
 men domini quoque confirmari potest breue testatum, secundum Bal. hic, glo-
 in uerbo, possessionem, querit. Quid si constat, quod inuestitura uerbalis &
 abusiva facta fuerit, nec etiam dominus id neget, differt tamen uasallum in
 possessionem realem mittere, & hic est in mora, quid iuris sit. Et distinguunt in
 effectu. Aut possessio rei feudalis est uacua ab omni impedimento, & sic per
 alium non occupata, & tenetur dominus præcisè ad traditionem possessio-
 nis, adeò si in mora tradendi fuerit, teneatur uasallo præstare omnem utilitatē
 rei feudalis, & nihilominus mittere in possessionem. c. Vnico, in fin. infrā de
 noua for. fidelita. Postquam enim semel fecit inuestituram, & suscepit à ua-
 sallo iuramentum fidelitatis, non potest amplius pœnitere, & hic non libera-
 tur præstanto interesse, per text. in c. Vnico. § si facta, inf. si de feu. defun-
 conten. int. do. & ag. uasal. Aut possessio non est uacua, ita quod dominus
 non habet potestatem rei tradendæ, & tenetur dominus ad interesse. Arg. I.
 siserius. § fin. ff. de actio. empti. Et ita decidunt Bal. & Alua. hic.

Pro intellectu duarum gloss. in uerbo, in possessione, oppo. contra text:
 dicitur hic, si uasallus fuerit in possessione rei feudalis, & dominus mouerit ei
 contiouersiam, nec tamen probauerit, quod uasallo in dubio deferatur iura-
 mentum ad tollendam contiouersiam. Et sic uult textus, quod reo imponatur
 probatio, actore in probatione deficiente, sed contra hoc fortiter facit uulga-
 ta regula: Actore non probante, reus &c. I. Actore. C. de probat. I. Qui accu-
 sare. C. de edendo. Responde: Aut possessor simpliciter negat se uasallum il-
 lius esse qui agit. Et sic negat actori directum dominum in re sua possessa com-
 petere. Et propterea præcisè & absolute petit se ab eo, & tunc actor re-

netur probare, se habere in ea re directum dominium, in qua si defecerit, habet locū dicta regula: Actore nō probāte &c. Et in hoc casu intelligūt iura contraria. Et est rātio, quia nihil subest ex quo colligi possit præsumptio pro actore. Aut possessor cōuentus fatetur se esse uasallū actoris, actor uero negat se inuestituram fecisse. Et tunc non habet locum regula: Actore non probante &c. Quia eo ipso quōd possidens fateſe esse uasallū, fatetur per hoc actore &c. Quare si possessor fatetur se uasallū, fatetur per hoc actorem habere directum dominium in re possessa. Et sic ex ipsius rei confessione actoris intentio fundata est, ita quōd transferat onus probandi in ipsum rem. Habemus enim regulam, quōd omnis res nostra præsumitur libera, & nemini concessa, nisi proberetur concessa esse. I. Altius. C. de serui, I. loci corpus & Comperit. ff. Si seruitus uendicetur. I. Si priusquam. ff. de no. ope. nunciatio. Quare si possessor fatetur se uasallum esse, fatetur quoque per hoc rem actoris esse. Et tunc non præsumitur quōd ipsi reo sit concessa, nisi proberetur.

Circa hanc tamen uasalli probationem tu ita distingue: Aut uasallus non possidet, uel possidet quidem, non tamen possedit per annum domino sciente, & non contradicente. Et tum non admittitur cum iuramento, sed tenetur per pares Curiae uel breue testatum probare se inuestitum: & ita intelligitur rex, noster in prin. & gloss. hic in uerbo, in possessione, la. prima. Aut possedit per annum domino sciente & nō contradicente. Et dic: Aut constat, quod possition est inuestitus, sed dolo & iniustē possidet, & tunc talis abusua & iniusta possessio ei non patrocinatur, cūm dolus neminem releuare debeat. I. Verum. § Tempus. ff. pro socio. I. Eam. C. de liber. causa. Aut est dubium, an sit inuestitus. Et tunc si domino sciente & non contradicente per annum possedit, habet propriē locum iuramentum, quōd scilicet iuret se inuestitum esse, & hoc propter commodum possessionis, quod magnū est. I. Is qui destituit, cum gloss. ibi, in uerbo, possessionem. ff. de rei uendica. c. Vnico. cum ibi nota, infrā de conten. inter dominum & uasallum de inuestitu. c. Vnico. § Si quis. uers. Si autem. infrā, si de inuestit. & uasal, lis oriatur. Et ita in effectu respondent Bal. & Alua.

Idem dic, si dominus est in possessione rei feudalī, & uasallus mouet controvēsiā, dicens se inuestitum, & tunc si nullam aliam rem à domino in feudum habet, nec inuestituram probare poterit, desertur domino iuramentum, quōd eum non inuestierit.

In hac tamen quæstione distinguunt Bald. & Alua. Aut dominus uult absoluī, idēō, quia uasallus non est uasallus. Et tunc tenetur iurare dominus uasallum non esse. Et in hoc casu intelligitur textus noster in §. Si uero, uers. Si autem non fuerit. Aut dominus uult absoluī, idēō, quia nihil est contra eum probatum. Et tunc non potest cogi ut iuret, sed haberet locū dicta regula: Actore non probante &c. c. 2. extrā de probatio. Et est textus in c. Vnico §. Sacramentum, infrā de consuetudine recti feudi. Quia hoc casu nulla præsumptio est pro actore, quæ transferat onus probandi in reum. Et sic uides multum interesse, utrum dominus agat contra uasallum possidentem & fatentem se uasallum. An uero uasallus agat contra dominum possidentem. Quia priori casu præsumptio est pro actore propter directum dominium. Posteriori uero non item. Et per hoc sint explicatae duæ glossæ, in uerbo, in possessione, usque ad uers. Quid ergo erit.

In secunda parte ibi, quid ergo erit, querit gloss. Quid si neque dominus neque uasallus possidet feudum, de quo est controvēsia, uter teneatur iurare. Ethāc quæstio est infrā in distinctione absoluta,

Gloss.

Glossa, in uerbo, partis breuibus, quærit, utrum uassallus, qui ratione partis possessa obtinet in parte non possessa, sicuti hic disponitur, habeat necesse iurare, dictam partem non possessam esse de suo feudo. Et respondet, quod iurare, dictam partem non possessam esse de suo feudo. Quia ratione partis possessa presumitur pro parte non possessa. Extra ratione talis presumptionis debet obtinere in dicta parte non possessa, mediante iuramento. Et ista glossa approba.

Glossa, in uerbo, proprietatis, est obscura, ut autem intelligas pone sic casum: Quidam uassallus habuit quasdam res in feudum a domino. Et illud feendum pro parte domino restituuit, sub hac tamen conditione, ut pro Cambio illius partis acciperet aliam rem a domino iure proprietatis & allodij. Et sic uassallus retinet partem illius feudi pro feudo. Et pro alia parte acquisivit rem pro Allodio. Pone nunc, quod illam partem feudi quam retinuit, tamen Allodium retinuerit. Et illam partem amissam, pro qua non habuit Cambium, uult repetere.

Quæritur, quid teneatur probare: Et decidit glossa, quod tenetur probare per pares Curiae uel breue testatum, uel alias, quod tale Cambium pro parte feudi factum sit, quo probato presumptio est pro eo, ita, quod per iuramentum retinet partem feudi amissam, pro qua non habuit Cambium.

Glossa in uerbo, iustis, mouet questionem, quomodo probetur, quod istud feudum sit paternum, ad hoc, ut uassallus in parte non possessa obtinere possit. Tu post glossam secundum Bald. & Alua, ita distingue: Aut feendum in persona patris ipsius uassalli agentis. Et sic pater fuit primus acquirens, & requiriatur, quod hoc casu probatio fiat per pares Curiae uel breue testatum. Nec admittuntur extranei testes, qui etiam alioqui in alijs causis sunt idonei. Et in hoc casu intelligitur glossa, cum iuribus in ea allegatis. Aut illud feendum fuit antiquum, & posset probatio fieri per extraneos, alioqui idoneos, cap. Vnico. uerf. Nonam. infra, Qui testes sunt necessarii, ad nos, inuestiti, probantur. Ita decidit Bald. Iacob. de Bel. & Alua, hic.

Glossa in uerbo, iustis rationibus.

Hæc glossa uera est, quando feudum in persona patris ipsius actoris fuit nouum, secus si fuit antiquum.

Glossa in uerbo, probare, querit. Si uassallus cum domino litigans possidet partem feudi litigiosi, partem uero non possidet, nec etiam de parte non possessa probat, quid requiratur, ut in parte non possessa non obtineat. Et distingue secundum Alua. Aut possidet partem feudi, uel eam plenè probat. Et poterit iurare super alia parte non possessa. Nec est hoc casu necesse, quod iuret cum duodecim Sacramentalibus, id est, conuassallis, sed sufficit, quod ipse solus iuret. Aut non probat de aliqua parte plenè, neque etiam possidet aliquam partem, aut totum, sed solum semiplenè probauit de iure suo, quod habet in huiusmodi feudo. Et necesse est, quod iuret cum duodecim Sacramentalibus, si ipsum feendum obtinere uoluerit, c. Vnico, infra de contentio int. do. & fide, de inuesti.

Glossa in uerbo, iure, repetit partem questionis praedictæ proximæ, scilicet, si uassallus possidet partem feudi litigiosi, an pro reliqua parte non possessa ipsius uassalli iuramento absq; alijs testibus fieri debeat. Et uidetur quod uassallus cum suo iuramento audiri non debeat, sed dominus iurer, per tex. in c. Vnico, uerf. Cæterum, inf. de contentio int. do. & fidelem de inuestitu. Tamen

gloss determinat contrarium, quod scilicet uasallus possidens partem feudi super reliqua parte non possessa, cum suo iuramento sine alijs testibus audi- endus sit. c. V nico & Si quis, uers. Si autem aliquis, infrā si de inuest. inter do. & uasal, lis oriatur. Nec obstat c. primum, inf. de content. inter do. & fide- lem de inuest. Quia potest tribus modis responderi, secundum Alua, hic, pri- mo distinguendo. Aut uasallus possidet partem feudi. Et tunc dicitur star- ei us sacramento, domino in probatione deficiente. Et in hoc casu loquitur tex, noster & gloss. Aut uasallus nihil possidet ex illo feudo, sed dominus. Et tunc uasallo in probatione deficiente iurat ipse dominus. Et in hoc casu lo- quitur d. c. inf. de conten. int. do. & fide. de inuestitu.

Secundò respondet gloss. Aut constat quod est feudum, sed tamen dubita- tur de ipsius feudi qualitate, utrū scilicet sit paternum uel collaterale. Et tunc uasallus solus iurat, ut hic. Aut non constat, quod unquam fuerit feendum. Et tunc iuret dominus. & in isto casu loquitur d. c. i. infrā, de conten. int. do. & fide. de inuest. Et ita loquitur gloss. usq; ad fin. Alua, post gloss. clarius re- spondet, hoc modo: Aut iste uasallus probauit legitimè etiam de parte nō pos- sessa, & tunc obtinet absq; aliquo iuramento. c. V nico. in fin. inf. de content. int. me & domi. de portio. feu. fra. mei defun. Aut probauit solum de parte possessa plenē & legitimè. Ettunc quia de parte non possessa non est plenē probatum, sed tantum est præsumptio propter partem possessam probatam. Et tunc quoq; obtinet, præstito tamen iuramento per ipsum solū, ut hic. Aut nihil omnino probauit. Et hoc casu obtinet uasallus, si iurauerit cum i. iura- mentalibus, se uel ascendentibus suis inuestitutos fuisse de tali feudo. Et ita in- telligitur d. c. i. in prín. inf. de conten. int. do. & fide; de inuest.


Summarium & Item si uasallus.


Vasallus possidens feudum tanquam rectum, tenetur illud restituere do- mino probanti se per Guardiam concessisse. Nisi uasallus probauerit se post dictam Guardiam suscepisse illud in feudum rectum. Vbi uero dominus ni- hil probat, dirimitur contiouersia per iuramentum uassalli possidentis.

Castrum) Vel aliam rem;

Gloss, in uerbo, per pares, diuiditur in duas partes. In prima, quæ est usq; aduers. Item queritur &c. opponit contra tex. hoc modo: Videtur quod hic tex, nullo modo possit procedere, sicuti colligitur per argumentum à suffici- ente partium enumeratione. Nam aut uasallus fatetur esse feendum Guardiæ, aut negat. Si fatetur esse feendum Guardiæ, tunc clari iuris est, quod dominus non est onerandus cum probatione, quod scilicet sit feendum Guardiæ, sed ipse uasallus probare tenetur, quod sit rectum. c. V nico. in fin. suprà de feud. Guardiæ, quod est contra tex. nostrum hic, dum dicit, domini est probatio. Si uero negat uassallus esse feendum Guardiæ, & dominus post eius negatio- nem probauerit feendum Guardiæ esse, uidetur quod post illam negationem uassallus amplius audiri non debeat, etiam si uelit probare quod sit feendum re- ctum. Quia propter negationem coniunctus est de mendacio. Mens- daces autem ultrō non audiuntur. l. Cūm de indebito. ff. de probatio. Authentica, contrà qui propriam. C. de non nu. pecu. quod est contra tex. nostrum hic, uers. uel probare &c.

F I N I S.





ENARRATIONES
ALIQUOT LEGVM FF. DE LEGA-
TIS ET FIDEI COMMISSIS PRIMO.
AUTORE D. MELCHIORE CLINGIO IURIS
CONSULTO CLARISSIMO.

*

Cum INDICE Rerum ac Verborum notatu dignorum: ut studiosus
Lector quamvis materiam sine negotio obuiam habeat.



Cum Cæsareæ Maiestatis Gratia ac Privilegio nouo ad octennium.


FRANC. Apud Hæredes Christiani Egenolphi.

M. D. LXIII.

БИБЛІОГРАФІЯ
АЛГОВОГО ГІДРОГЕОЛОГІЧНОГО
ІСЛАВІІСЬКОГО
ЗАТОВА ДІЛІНІЧНОГО
КОНСАЛТО-АДВІСІЙНОГО

*

САМІНІЦЕ РОДИ ВІДНОСИТЬСЯ НА ПІДА
ІІІ ПЕРІОДУ ДІЛІНІЧНОГО КОМПЛЕКСУ



БІБЛІОГРАФІЧНА СТАНДАРТИЗАЦІЯ

Д. БІБЛІ

INGENVO AC OPTI

MAE INDOLIS ADOLESCENTI GE
ORGIO CLINGIO HALENSI, CLARISSIMI DOMINI

Doctoris Melchioris Clingij, Iurisconsulti celeberrimi, filio, amico suo
charissimo, Doctor Iustinus Goblerus Goarinus, Iuriscons.

S. P. D.



V M, S V A V I S S I M E G E O R G I, V I R
clarissimus iuxta ac doctissimus Dominus Doctor
Melchior Clingius Iurisconsultus, parentuus cha-
rissimus, proximis diebus ad me misisset hos Com-
mentarios suos in aliquot leges libri primi Pande-
tarum de Legatis & Fideicommissis: Item in feudo
rum usus seu consuetudines, ab ipso quodam publicè in celeberrima
Academia Vitembergensi prelectos atq; conscriptos, petiissetq; me,
ut hic typis Egenolphianicis (quibus iam antea essent alia quoq; com-
mentaria ipsius impressa) euulgarentur, curarem: feci id equidē quan-
tum per ocium & ualetudinem licuit, moremq; gessi optimo & hu-
manissimo uiro patri tuo, mutuæ benevolentiae & amicitiae nostræ
causa. Quod enim obsequium, quod munus, aut officium parati-
us promptiusq; pro mea uirili subeam, quam quo bonis uiris & ami-
cis gratificari me posse existimem? Si quid igitur in me est, quod sen-
tio quam sit exiguum, quo & patri tuo uiro doctissimo, & tibi filio
tanto patre digno, quod gratum est efficere potero, lubens certè fice-
ro. Eius enim animi atq; ingenij erga omnes doctos amicos semper
me fuisse arbitror, sœpeq; alias (ni fallor) testatus sum. Tuus autem
parens præterquam quod uir est cum doctissimus tum humanissi-
mus, summoperè etiam ob id laudandus est, quod te filium suum in-
genij eximij, atque optimæ indolis, liberalibus artibus, Grammatica,
Dialectica, Musica, adeoq; Græcis simul ac Latinis literis rectè fideli-
terq; instituendum curauerit ab incunabulis tuis, cui sœpè pater di-
xit: *Disce puer virtutem ex me, uerumque laborem, Fortunam ex alijs:*
ita ut nunc etiam in patrias erudiaris artes, hoc est, ad Iuris disciplinā
ac studia, quæ, ut ipse quandoq; dicere solet, neminem in paupertate
uiuere sinant. Quod si hodie plerique alij parentes etiam in suis libe-
ris educandis curarent, præstarentq;, minus fortè esset laborum &
dolorum in Rebuspublicis & ciuitatibus. Vbi sœpenumerò negla-
gentissimè iuxta ac, ut ita dicam, licentiosissimè pueritia educatur, ex
quo deinde sequitur, ubi adoleuerint, quod nihil frugi præstare po-
terunt: quin & parentum suorū res, multo quandoq; sudore partas,
sua socordia, pigritia, luxu, & prodigalitate profundant, non cogi-
tantes illud eloquentissimi Græci oratoris præclarè dictum,

a ij

πολὺ τὸ φυλακτόν ἀγαθὰ, ποῦ κτήσαδις χαλεπώτεροφ εἶναι. Quod Venusinus poëta Flaccus sic uenustissimè uertit: Non minor est uirtus, quam quæ rere, partatueri. Etsi enim pingue tibi luculentumq; patrimonium parens tuus procul dubio relinquet, tamen prudentissimè fecit, quod te filium suum charissimū optimis etiā artibus, ut dixi, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Græca pariter & Latina, ab infantia tua imbuendū dederit. Ex quo mihi amplissimā de te spem concipio, te in uirū olim Reipub. utilē & salutarem euasurū esse, minimeq; ut hodie (proh dolor) pleriq; sunt, ἀλλαζωμένοι futurum. Mirum enim in modū delector tuo ingenio, tuiq; similibus adolescentibus, qui se bonis & literis & morib; instituendos præbent, feruntq; patienter institutionis molestias & ærumnas, hoc est, ferulas, tædia & labores, uel lut amaras disciplinarum radices, ut olim fructus ex illis dulcissimos, quemadmodum disertissimus orator Socrates dicere solebat, consequuntur, nimirum της παυλίας γίζας μὲν τινας, καρπούς δὲ γλυκατάπους εἴρας. Quæ si nunc parentes primū, deinde etiam proles cogitarent (nihil enim iam dico de præceptoribus) multò, ni fallor, melius tolerabiliusq; ageretur domi forisq;: & quidem, ut mea fert opinio, in Rebus publicis & ciuitatibus, non tantum esset ociosorum nebulonum, fuscumq; fruges tantū, ut ille dixit, consumere natorum. Quò forte respexit etiam sapientissimus Cato, aut quisquis horum autor fuit uersiculorum, dicens:

*Si tibi sunt nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint in opem defendere uitam.*

Sed ista, suauissime Georgi, prorsus ἀπροσδιόνυσον uidentur, fateorq; ad te, qui liberaliter & honestè mox à primo lacte imbutus es in literis iuxta ac moribus bonis, ita ut cæteris adolescentibus omnibus pulchrū & imitabile exemplar esse possis. In quibus propè omnibus studijs & uirtutibus habes socium, ηγάγηται, & conterraneum iuuenem elegantissimum & honestissimum, Samuelem Kelnerum Halensem, conciuem seu συμπλοίτην tuum, mihi charissimum, cuius ingenio, probitate & eruditione in utraque lingua, Græca simul & Latina, magna quoq; spes parentibus & patriæ elucet. Quoties uero ad me scribit (scribit autem crebrò ac diligenter) toties me suæ literæ singulari gaudio afficiunt, quapropter eum parenti tuo tibiq; cupio esse quam commendatissimum iuxta atq; charissimum. His iam benè uale Georgi suauissime, meoq; nomine parentem tuum reuerenter ac honoris fice saluta. Idem te iubeo facere in Mathia Kelnero, viro optimo & Humanissimo, Samuelis parente. Rursus uale ex Francoforto Moeni. sub ipsis Calendis Maij. Anno. 1563.

TITV-

TITVLVS DE LEGA^S TIS ET FIDEICOMMISSIS PRIMO.



RO INTELLECTV TITVL I PRAEmitte primum, secundum Alex. de l. Imola hic, quod uerbum Lego, de quo tractat hic titulus & duo sequentes, ac cipitur duob. modis, largè & stricte. Largè capit, quando comprehendit institutionem hæredis, directam uel fidei commissariam, ut si testator hoc modo dicit in testamento suo: Lego Titio omnia bona mea, hoc legatum idem contineret ac si dixisset, Instituo Titum hæredem meum. De

Lego.

hoc tamen sunt opiniones, An scilicet hæc interpretatio uera sit, Quia quidam doctores tenent, quod non habeat uim institutionis, ut Ioan. de Imola. Sic & in l. Centurio, suprà de uulga. & pupilla, substitu. & in c. Rainutius, in 2. nota, extrâ de testamentis, Bart. in d. l. Centurio, in s. col. uers, sed quid si testator, Salyce. in l. fi. C. familiæ Herciscundæ. Bal. in l. quoties. C. de hære: instituen. Et mouentur primum hoc fundamento, Nam licet de iure duodecim tabularum, uerbum Lego, fuerit uerbum cōmune, & latissimè interpre: tatum. I. uerbis legis. ff. de uerbo. sig. Tamen per sequentem Iurisprudenti: am hæc & similia uerba sunt restricta, sicuti dicit textus in d. l. uerbis legis, interpretatione coāgustatū esse, uel legū, uel auctoritate iura statuentū &c. Et propterea dicunt extare speciales & distinctos titulos de hæredibus instituendis, & de legatis &c. Secundò, quod uerbum, Lego, non sit directum ad institutionem hæredis, probatur per text. in l. mulier. §. fin. ff. ad S. C. Treb. Contrariam opinionem, scilicet quod uerbum, Lego, relatum ad uniuersitatem bonorum, comprehendat institutionem & substitutionem directam & fideicommissariam, tenent Bal. in l. fin. C. fami. Hercis. Panor. in c. Rainaldus de testamentis. Alexander de Imo. & do. Iaso hic. Et probatur hæc opinio primò per textum in d. c. Rainaldus §. Porro, iuncta glossa in uerbo, legauit, de testamentis, dicit enim textus inter cætera, aliam medietatem, & reliqua bona paterna, uni ex patruis suis & filiis eius legauit, adjiciens, ut bona, in quibus hæredes, ex testamento uel ab intestato &c. Secundò probatur per textum iuncta glossa in l. his uerbis, in principio, & quæ ibi notantur per textum iuncta glossa in l. his uerbis, in principio, & quæ ibi notantur suprà de hæredibus instituendis. Distinguunt tamen ista Doctores in hoc, Aut uerbum, Lego, refertur ad uniuersitatem bonorum, alio hærede instituto, & tunc neque legatum neque institutionem directam importat, sed fideicommissum uniuersale. l. cùm ex filio, in principio, suprà de uulga. & pupilla, substitut, quem textum Bal. & Angelus dicunt esse potissimum ad hoc ponderandum. Aut uerbum, Lego, refertur ad uniuersitatem bonorum, nullo alio hærede instituto, & tunc trahitur ad institutum, ut si testator dicit in testamento: Lego Titio omnia bona mea, idem est, ac si dixisset, instituo Titum in omnibus bonis meis. Et in hoc casu loquitur d. c. Rainaldus, & glossa ordinaria, & quæ ibi notantur in d. l. his uerbis, suprà de hæredibus instituendis, & glo. in §. si uero nulla, in uerbo, relict, in Authentico de hære, & fideicom. Et hanc opinionem dicit Alex. de iure esse ueriorem, quem sequitur hic do. Iaso. Et respondet Alexander ad fundamenta propria opiniione adducta, Et primò ad textum in d. l. uerbis legis, ff. de uerbo, signifi. quod ibi uerbum coangustatum intelligi debeat, quo ad legandum, quantum testator uellet, quia hoc est coarctatum per legē Falcidiam, ut uult glos. 1. Secundò responderet ad d. l. mulier. §. fin. ff. ad Trebellia. Quia iste textus non loquitur de uniuersitate bonorum legata, sed tantum de certa por-

zione &c. Et in summa, si doctores, qui suprā propria opinione relati sunt, probē inspiciantur, appareat, quōd huic secundā opiniōni non contradicunt, quia ipsi disputant quid iuris sit, si quotta hæreditatis, non uniuersitas bonorum legata sit, & de uniuersitate idem in effectu sentiunt, quod iam dictum est, sicuti apparer ex decisione Ioannis de Imola in d.c. Rainutius, in secundo notabili, qui exp̄s̄ dicit, quōd Barto, in d. l. Centurio, idem sentiat, & per hoc potest quoq; responderi ad decisiones Salyceti in l. fin. C. fam. Hercis, & Bal. in l. quories. C. de hære, instituen, quod intelligitur quando uerbum, Lego, relatum est ad quottam hæreditatis, uel certam quantitatem. Nos autem hic loquimur de uniuersitate bonorum legata; & facit hæc disputatione ad hoc, quia si obtinetur legatum uniuersitatis, habeat uim institutio hæres: si autem hoc non obtinetur, dubium est, an talis legatarius teneatur creditoribus, cūm alioqui legata transant sine onere in legatarium, per uulga- ria; sed de hoc legato uniuersitatis in larga significatione hie titulus cum se- quentibus non loquitur.

Stricte autem capitur hoc uerbum, Lego, quando in testamento, codicil- lo, uel ab intestato relinquuntur res particulares, & quantum ad hanc signifi- cationem sunt separati tituli, de hæredib. instituen, & de legatis; & de hac stric- ta significatione loquitur hic titulus cum sequentibus.

Secundō, pro intellectu tituli & legum sequentium, est præmittendum, quid sit legatum. Item, quid sit fideicommissum. Definitionem legati habes in l. legatum, ca. ult. infrā eodem, & in l. legatum, infrā de legatis 2. quæ definitiones in effectu concurrunt. Paulus de Castro hie, quem sequuntur Alexander de Imola & dominus Iaso, dicit legata propriè dici, quæ sunt uer- bis dispositiūs, & communiter diriguntur ad honoratum, & sic legatarium, ut: Lego Titio fundum: fideicommissa uero dici, quando uerba testatoris diriguntur quidem ad honoratum & sic legatarium, sunt tamen precaria & inflexa, nec dispositiua, ut si testator dicit, Lego Titio centum, & logo eum ut restituat Sempronio, Institut. de fideicommiss. hæredita, in principio, & per totum de singulis rebus per fideicommiss. relictis. Et sic legatum discer- nitur à fideicommisso, habendo respectū, ad quem uerba dirigantur. Quan- do enim uerba sonant, quōd quis accipiat hæreditatē uel legatum, non inter- ueniente media persona, inter testatorem & accipientem, est directa institu- tio uel legatum. Quando autem uerba sonant, quōd inter testatorem & ac- cipientem est media persona, fideicommissum est uniuersale, uel particula- re, secundum subiectam materiam. I. eam quam, cum glos. in uerbo, directis. C. de fideicommiss. Bart. post gloss. in l. 2. in princip. in uerbo, directis. C. Communia de legatis. Bart. in d. l. Centurio, in ultima q. prin. suprā de uul- ga, & pupilla. subst. Et licet Doctores illa copiosius disputent, cūm tamen fideicommissa hodie sint adæquata legatis, nos intermittemus, nam disputa- himus & properabimus ad textum. Tu uide Paulum de Castro, Alex. de Imo, & dominum Iasonem hie.

L. Per omnia.

S V M M A R I V M.

VIres fideicommissorum sunt attributæ legatis, uel hic legata & fideicom- missa reiectis differentijs, quo ad uitiale efficaciam, sunt adæquata, ita summat D. Iaso hanc l.

Hec & o summariā simul non conueniunt, Quia non est idem dicere, fidelis commissorum vires sunt attributæ legatis, Et dicere, legata & fideicommissa sibi inuicem sunt adæquata, Nam quando plura adæquantur seu exæquantur ad inuicem

DE LEGA. ET FIDEI COMMIS.

7

Ad inuicem, hæc reciproca exæquatio importat, quod illud quod una res habet plus quam altera, attribuatur alteri, & econuerso, sicuti loquitur d. l. 2. § omnia. C. cōmunia de lega, & d. § nostra. Insti. de legatis, & textus in l. quia autem, in fine principij, sup si quis omisſa causa testamēti, Authentica in successione, iuncta glos. ibi. C. de suis & legitimis liberis. Ideo dicendo, legata & fideicomissa exæquata sunt, hoc importat, quod ea quæ deerant legatis, ex fideicommissorum natura suppleta sunt: & econtrā quæ deerant fideicommissis, ex legatorum natura suppleta sunt: hoc autem deerat legatis, quod ab intestato non poterant fieri sicut fideicomissa. Itē post mortem hæredis non poterat legari, item à legatario non poterat legari, quæ tamen omnia in fideicommisso locum habebant, per iura hic in glos. allegata, ideo hæc omnia a tributa sunt legatis. Econuerso autem quodque quædam inerant legato, quæ nō erant in fideicomiso, scilicet, quod dominū rei legatae statim mortuo testator recta uia & sine facto hæredis transibat in legatariū facte, & adita hæreditate uerē, adeo quod penes hæredem nūquam reperitur fuisse, nec ante nec post aditam hæreditatem. I. A Titio, cum similib. ff. de furtis, hoc quoque propter illam reciprocā adæquationem est attributum fideicommissis, secundum Paul. de Castro hic, & sic patet secundum summarium uerū esse secundum ius nouissimum d. l. 2. C. communia de legatis, d. § nostra. Insti. de legatis, sed hic summarius non conuenit nostræ legi, quia in ea nō est reciprocā adæquatio, sed adæquatio simplex, scilicet, quod legata sint adæquata fideicommissis, nec habet in ea, quod fideicomissa econuerso sint adæquata legatis. Et ideo primus summarius propriè ad legem nostram pertinet, scilicet, quod uires fideicommissorum sint attributæ legatis, nō autem econtrā. Nā quando non fit reciproca adæquatio, sed una res adæquatur ad aliam simpliciter, tunc illi rei, ad quā fit adæquatio, nihil adiicitur, sed rei adæquata attribuitur quicquid est plus iuris in ea, ad quam fit adæquatio. Exemplum, cūm ita dicunt: Augusta est adæquata ipsi Imperatori, quo ad priuilegia. I. princeps, supra de legibus, hæc adæquatio quia nō est reciproca, nihil tribuit Imperatori de priuilegijs Augusta, sed ipsi Augustæ adæquata Imperatori priuilegia tribuunt. Item dicunt ita, conditio mulieris adæquatæ masculis, l. maximum uitium. C. de libe, præteritis & exhæredatis. per hoc nihil tribuitur masculis de priuilegijs muliebris sexus, sed ipsis mulieribus acquiruntur priuilegia masculorum, quia mulieres sunt res adæquatae, & masculi sunt ad quos fit exæquatio. Ita quoque cūm in l. nostra habeatur, quod legata sint exæquata fideicommissis, non potest intelligi secundum Bar. hic, quod iura legatorum dentur fideicommissis, sed magis econtrā, quod iura fideicommissorum detur legatis. & de hoc est textus expressus in t. illud, in princ. ff. de donatio, causa mortis, & per hoc apparet, quod expositio Iacobī de Arez non sit bona, & sic conuenit primus summarius propriè ad textū nostrū. Quia autem iura nouissima, ut diximus, & dicemus infra, legata & fideicomissa reciproce æquiparentur. d. l. 2. C. communia de legatis § sed non usque. & d. § nostra. Insti. de legatis, dic secundum summarium de iure esse ueriorem, licet non propriè conueniat textui nostro. Et inducit Bar. hanc disputationem ad quæstionem, pone in ciuitate est statutum, quod exæquata sit conditio nobilium & ciuium. Item conditio scholarum & ciuium: hic inspiciendum est, dicit, quomodo fiat adæquatio, quia si fit reciproce & adinuicem, quod nobiles uel scholares, trahuntur ad alium, hoc est, quicquid plus commodi habent priuilegia unius trahuntur ad alium, hoc est, quicquid plus commodi habent nobiles uel scholares, trahitur hoc ad ciues, & econtrā. d. l. 2. C. cōmunia de legatis, in iuribus supra allegatis. Si autem fieret æquiparatio non reciproce, sed his uerbis, Volumus quod nobiles æquiparentur popularibus, & tūc populares nihil haberent à nobilibus, sed nobiles à popularibus, quod prius

non habebat, secundum d. l. princeps. suprà de legibus, & d. l. maximum uitium. C. de lib. præ. & exhæreditatis. Et ita decidunt hic Bar. Paul. de Castro. & do. Iaso hic.

Gloss. in uerbo, per omnia, diuiditur in tres partes. In prima opponit quatuor modis contra textū, hoc modo, Dicitur hic, quod legata per omnia exequata sunt fideicommissis, sed contrā iure cautum est. Cuius aliqua particulares est falsa, eius uniuersalis quoq; est falsa. l. si is qui ducenta. § utrum. ff. de rebus dubijs, sed hic in glos. enumerantur differentiæ, in quibus recensetur, quod legata differant à fideicommissis. Ergo illa uniuersalis, de qua loquitur textus noster, falsa est.

Glos. in secunda parte, quæ est ibi, hoc est de materia, ponit ordine tres solutiones ad illas oppositiones; duæ posteriores solutiones, secundū cōmuniter doctores sic parū faciunt ad propositum: prima autem solutio glos. uera est, sed gloss. cum hac solutione secundum Bart. in effectu hoc uult, quod in hac materia legatorum & fideicommissorum consideranda sint tria iura. Primum ius est ius antiquum, secundū quod erant dictæ differentiæ, & de hoc iure loquuntur iura contraria. Secundum est media iuris prudentia, quæ est in l. nostra. Quia hoc ius digestorum dicitur esse media iuris prudentia, cūm sit ius medium inter ius antiquissimum, l. 12. tabularum, & leges imperiales, quæ sunt in Codice & Institutionibus, ut declarat textus in § Cæterū, uers. mea dia. Institu. de legitima agna, successi. Nouissimum ius est ius Cod. & Institutionum, de quo in d. l. 2. C. communia de legatis, & in d. § nostra, cum sequenti. Institu. de lega, per quæ iura nouissima hæc lex nostra approbatur. Bar. ponit hic quatuor iura, Paulus de Castro sex, sed quia parum dissentient à glo. non recitabimus. Et hæc solutio glos. ut dixi, licet communiter approbetur, tamen cōtra istam solutionem opponit Raphael Cumanus, hoc modo, Immō per hanc legem nostram, quæ est de media iuris prudentia, legata non sunt per omnia adæquata fideicommissis; hoc probo, quia si hoc uerum esset, falso dicaret Imperator, qui sibi attribuit, quod ipse de iure nouissimo hæc adæquationem efficerit, in d. l. scilicet 2. C. communia de lega, & in d. § nostra, iuncto § sed non usq; Institu. de legatis, ubi dicit textus; Necessariū duxiimus legata fideicommissis exæquare. Si ergo per hanc legem nostram exæquatio per omnia esset facta, utiq; nō fuisset necessarium Imperatori per ius nouissimum illam exæquationem facere, & sic sequeretur quodd. l. 2. & d. § nostra, essent frustra ab Imperatore ordinata. Ergo per hanc legem nostram non est facta exæquatio. Alexander respondet ad hanc obiectionem, quod uerbum, necessarium, intelligitur, id est, utile, sicuti etiam expnitur in l. 1. cum ibi notatis, ff. solu. matrimo. Sed hæc responsio nihil facit: at si exæquatio per legem nostram plenē esset facta, neque necessarium neque utile fuisset aliam legem ea de re condere. Secundò respōdet, quod uerbum necessarium, respiciat ad ius antiquissimum, quod erat ante ius ff. secundum quod pleniū erat, pūlsum fideicommissis quam legatis, quod non erat de iure ff. sed solutio quoque facit. Tu ex mente D. Iasonis hic hoc modo responde: Exæquatio est duplex, ut suprà diximus. Exæquatio simplex, & fideicommissis, non autem econtrā, & de hac simplici exæquatione loquitur extus noster. Exæquatio reciproca est, quæ æquiparat legata fideicommissis, & uicissim fideicomissa legatis. Hæc exæquatio necq; de iure antiquis: necq; de media iuris prudentia erat. Nam licet de iure ff. legatorum iures in quibusdam quoq; erant attributæ fideicommissis, ut in hoc quod actio quæ legatis dabatur, competebat quoq; pro fideicommissis, ut in l. si res, infrā de lega. Tamen ut Bart. hic dicit, dubium erat, an in alijs quoque idem esset. Ideo

DE LEGA. ET FIDEICOMMIS.

9

Ideō necessarium fuit, quod Imperator hoc specificè & in d. l. 2. § & omnia, induceret, sicuti expresè dicit in d. § sed usq. l. his uerbis, sed quod nulla sit inter ea differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura: quae uerba utiq. important reciprocam exæquationem, ideō tu tene primam solutionem, & dic breibus, de iure uetusissimo fuisse multas differencentias inter legata & fideicomissa, de iure ff. attributas esse uires fideicommissorum legatis, ut l. utrum, & de iure nouissimo attibutas esse uires legatorum fideicommissis: & tantum de prima solutione glo. Posteriores duas solutiones, ut diximus, parū faciunt, tamē ut tertiam solutionem intelligas, dic eam esse mentem glo. Quod Vlpianus, qui est cōditor legis nostrę, forte dicit, per omnia ferē exæquata sunt &c. sicut etiam in simili dicit textus in § 1. Instit. de donatio. Et illa dictio ferē posita per Vlpianum, fuit forte detraccta per compilatores digestorum. Vel forte per Vlpianum erat negatiua posita, scilicet non exæquata sunt &c. quae negatiua per compilatores fuit detracta, sed quia est aperta diuinatio, hæc solutio communiter non tenetur. Quod autem hæc glossa dicit, legata & fideicomissa, quo ad effectum, tu intellige de effectu translationis dominij, & de alijs, de quibus su- prā. Quod autem glo. dicit hic esse æquiparationem, etiam quo ad nomen, hoc reprehendit Bal. hic per hoc quod nomina appellativa sunt immutabili. l. 4. inf. eo. Sed Moderni communiter concludunt, quod glossa in hoc im- merito reprehendatur à Bal, quia non dixit quod fideicommissum appelletur legatum, & econtrā: & sic quod non mutet, sed hæc sit mens glo. quod o- mne fideicommissum possit dici legatum, & econtrā l. & fideicommissum. ff. de lega. 3. & sic quod censemur synonyma idem importantia.

Glossa in 3. parte, quæ est ibi, sed in casu, iterum opponit contra textum hoc modo, Imò adhuc est differentia inter legata & fideicomissa: hoc probo, quia si alicui simpliciter legatur libertas, dicitur directa libertas; si autem legatur ut ab hærede manumittatur, dicitur fideicomissaria, ergo est differen- tia. Glossa soluit duobus modis, primo concedit esse differentia quo ad usum nominis, non autem quo ad effectum iuris, & sic quod tantum nomine diffe- rent: hanc solutionem tenet glo. & d. § sed non usq. in uerbo, exæquare. In- stitu, de lega. & glo. in l. 2: in uerbo, actiones. C. Communia de legatis, dum dicit, quod l. cū uero § apparat, & § subuentum, sint correcta: & sic volunt ille glo. quod hodie tantum sit differentia inter legata & fideicomis- sa, quo ad nomen, non autem quo ad effectum iuris: & sic uult in effectu glossa, quod nulla sit differentia inter libertatem directe legatam, & inter libertatem fideicommissariam &c.

Sed contra illam solutionem glossa fortissimè opponitur. Nam est clarissi- mi iuris, quod quando libertas relinquitur seruo per fideicommissum, ipse ser- uus post mortem testatoris ipso iure non est liber, sed requiritur, quod ipse hæres testatoris, qui rogatus est, eum manumittat actualiter, nisi hæres esset contumax uel absens, tunc decerneretur libertas tali seruo per decretum iu- dicis. l. fi. C. de testa, manumissione. l. penul. C. de fideicom. liber. l. fin. C. qui manum, nō possunt. l. cū uero. § subuentum. ff. de fideicomissariis li- ber. sed si legatur seruo libertas directe, & nō per fideicommissum, ipse seruus ipso iure, & sine facto hæredis statim post mortem testatoris est liber, perdi- cta iura. Ergo in libertate non solum quo ad usum loquendi, sed etiam quo ad effectum iuris, est differentia inter legatum & fideicommissum, & hæc diffe- rentia non habet dubium, etiam de iure hodierno, secundum glossa in l. cū inter ueteres. C. de fideicom. libertatibus.

Di. quem allegat hic Bart. responderet ad hoc contrarium, quod textus no- ster,

ster disponens de æquiparatione legatorum & fideicommissorum, propriæ habeat locum in fideicommissis singularibus pecuniarijs: & dicit notanter singularibus, ad differentiam fideicommissorum uniuersalium, quæ non sunt exæquata legatis, de quibus etiam textus noster intelligi non debet, & hoc tenet gloss, hic in fin. Secundò dicit pecuniarijs, ad differentiam libertatis in testamento relicto, quod in ea adhuc hodie sit differentia, si legetur directè, uel relinquatur per fideicommissum, & quod in hoc casu intelligentur iura contraria. Et licet Bar. & Saly. in l. i. C. Communia de legatis, teneant hanc solutionem, Tamen Bart. hic impugnat eam quasi inter pecuniam & libertatem relictam, nulla possit allegari differentia. Ideò ipse Bart. hic refert solutionem Petri de Bella, quæ solutio in effectu coincidit cum priori. Ita enim dicit, quod exæquatio per hanc legem nostram est facta, in his tantummodo quibus autem circuitus hæredi utilis est, in his legata & fideicommissa etiam, quo ad iuris effectum, non sunt æquiparata. Inutilis autem est circuitus in legato certo, rei sive pecuniae, Quia idem est, quo ad commodum hæredis, si uero dominium rei legatae ipso iure transeat in legatorum iure per manum hæredis. Ideò in talibus intelligentius est textus noster. In libertate autem restat, Quia si libertas legatur directè, seruus ipso iure fit liber, nec dicitur post manumissionem libertus hæredi, sed libertus testatoris. & qui autem uers. at is. Instit. de singulis rebus per fideicommissum, relictis. Si uero libertas relinquitur seruuo per fideicommissum, hæres manumittendo consequitur ius patronatus in seruo. d. & l. his quibus. C. de fideicommissis, libertatibus. Ita quoq; utilis est circuitus in fideicommisso uniuersali, quia hæres directus restituendo hæreditatem ex Senatus consulto Trebellianico & sed quia, cum infinitis similibus. Instit. de fideicommissis, hæreditat. Igitur in his capitibus manet differentia inter legata & fideicommissa, etiam quoad iuris effectum. Et licet Bart. in d. l. i. C. Communia de legatis, quoq; teneat hanc solutionem, Tamen hic impugnat eam, & reprehendit Petrum, hoc modo, quod etiam in alijs legatis potest esse utilitas, quando caperentur de manu hæredis, utputa, quod testator instituit Titum hæredem, & legat Sempronio fundum, qui fundus Titij fundo seruiebat; hoc casu posset Titius illum fundum legatum retinere, donec patiatur legatarius illam seruitutem iterum imponi. l. Papinianus, ff. de seruitu. l. Si seruus Titij, infra eo. Item, si legatum esset in diem, & hæres sub pena alij cuidam esset obligatus, poterit interim ante euentum diei creditori suo ex illo legato satisfacere, & sic penam evitare. l. Imperator & si cautum, infra delegat. 2. & sic non tantum in fideicommissis uniuersalibus uel libertate, sed etiam in legato directo circuitus potest esse utilis hæredi; & cum illa reprehensione Bart. transit Angelus hic.

Sed communiter Moderni concludunt, quod Bar. in hoc male reprehendat Petrum de Bel. Quia utilitates quas poterit habere hæres ex legato directo, de quibus loquitur Bar. sunt casuales, & accidentia aliquo extrinseco considerato, & sic sunt de rarissimè contingentibus, nec dependent ex naturale gatorum. Utilitates autem de quibus loquitur Petrus de Bella, sunt regulares & ordinariæ, & procedunt de fideicommissorum natura, semper enim ex manumissione hæredis, quam facit ex fideicommisso, sequitur utilitas iuris patronatus. Et semper in fideicommisso uniuersali sequitur ex eius natura detractio quartæ Trebellianicæ, per iura suprà allega. Ideò communiter Moderni sequuntur dictam solutionem Petri, & præsentim Paul. de Castro, Io. de Imo, Alexan. de Imo, & D. Iaso hic, & sic est in effectu absoluta gloss. in uerbo, per omnia. Quod ad quæstiones attinet, quæ tractantur à doctoribus, hic exiā gloss, omittemus eas, & remittemus ad doctores. l. Hæc

L. Hæc uerba.

S V M M A R I V S.

Expressio conditionis per eum mddū, per quē ex necessitate tacitē inest, nihil operatur, secundum Bar. Vel sic secundum Paulū de Castro: Conditionis tacitē inest, si à restatore exprimatur, non reddit legatum conditionale. Vel sic secundum Iasonem: Conditionis apposita legato, quā de iure tacitē inerat, non reddit legatum conditionale.

C A S V S.

Pone, quidam condidit testamentum, & in eo instituit plures hæredes, dācendo, Titum, Caium, Paulum & Sempronium instituo hæredes, & uolo, quod quisquis ex supradictis mihi hæres erit, det Sticho centum aureos. Vel dicit hoc modo: In testamento instituo Seiū hæredem, & si hæres erit, det Sticho centum aureos. Vel dicit hoc modo: Instituo Seiū hæredem, & si hæreditatem meam adierit, det Sticho centum, & sic legauit his uerbis testator Sticho centum. Sed quæstio est, utrum propter uerbum quisquis, itē propter dictionem, si, hoc legatum sit conditionale, uel purum. Quia si est legatum conditionale, sequitur, quod si Stichus legatarius nunquam hæres institutus hæreditatem adierit, & sic pendente conditione moreretur, non transmitteret petitionem istius legati ad suos hæredes, l. Vnica & si autem aliquid. C. de caducis tollen. l. Si Titio, in princip. infrā quando dies leg. ce. Si autem hoc legatum non esset conditionale, sed purum, sequitur, quod ipse legatarius transmitteret petitionem legati ad suos hæredes, etiam si decederet post mortem testatoris ante aditam hæreditatem. l. si post diem, in princip. cum in finitis similibus, infrā, quando dies lega, cedit. Igītur est magnæ importantiæ, utrum tale legatum, de quo loquitur textus noster, sit primō conditionale uel purum. Sed lurisconsultus in l. nostra, decidit non esse legatum conditionale, sed purum. Ratio decidendi est, Nam licet dictio, si, de sui natura importet conditionem & longè magis, in fi. Institu. de lega. l. qui promisit, cum similibus, suprā de conditione indebiti, tamen quando conditio talis apponitur, quæ aliqui ex dispositione iuris inest, hæc appositiō nihil operatur, cum regulam habeamus, quod expressio eorum, quæ tacitē insunt, nihil operantur, per textum hic, & in l. non recte. C. de fideiuss. sed hæc conditio, si hæres erit, uel si hæreditatem adierit, ex dispositione iuris omnibus legatis & fideicommissis inest, hoc probatur. Nam legatorum uis ex uralitate testamenti dependet, & testamenti uis ex hæredis institutione accipitur. & Ante hæredis. Institut. de lega. & l. i. in fin. ff. de uulga. & pupilla. substi. Et quod hæc conditio in testamentis sit semper uacua, si hæres erit. Item si hæreditatem adierit, est textus expressus in d. l. si Titio. & quædam autem conditions, inf. quando dies lega, cedit. Nec etiam satis est, quem esse hæredem institutum, nisi etiam hæreditatem adeat. l. si nemo, cum similibus, suprā de testa. tute. Quia per aditionem quasi contrahitur cum creditoribus & legatariis, & ex hoc quasi contractu hæres postea legatario est obligatus. I. apud Julianum in fi. ff. ex quibus caus. in possess. eatur & si hæres. Insti. de obliga, quæ ex quasi contractu nascuntur, & hoc nō solum locum habet condito testamento, sed etiam quando legata & fideicommissa relicta sunt ab intestato, quia nec ea debentur, nisi hæreditas sit adita per eos, quibus ab intestato debetur. gloss. est ad hoc notabilis in l. qui filium & seruus, in uerbo, codicillis, infrā de hære, institu. & est textus in l. 2. sumpto ar. à contrario sensu, & ibi Bart. inf. de fideicommis. liberta. Igītur cū ex dispositione iuris hoc omnibus legatis inest, quod non debeatur, nisi sit aliquis hæres, qui hæreditatem

hæreditatem adeat, sequitur, quod expressio illarum conditionum per testam torem, scilicet si hæres erit, uel si hæreditatem adierit, nihil operetur, nec faciat legatum conditionale, quo ad uim & effectum, & legatarius post mortem testatoris, ante aditam hæreditatem decedens tale legatum transmittit ad suos hæredes: & sic adiectio huiusmodi conditionalis, quæ à iure insunt, potius habent admonitionem quam conditionem, l. muto & sub conditione, uers. hanc autem. suprà de tutelis, & notat Bart, copiosè in l., in 2, & 3, colu. infra de conditio. & demonstratio.

Gloss. in uerbo, Seius, opponit contra secundam partem textus nostri, ibi. Aut si hæres erit, hoc modo: Imò uidetur, quod legatum, sub tali conditione, si Seius hæres erit, &c. sit conditionale. Nam, quando quis instituit Titiū, & Sempronium hæredes, & dicit, si illi duo hæreditatem meam adierint, uero, quod dent Caio decem; si nunc unus tantum adit, alter non legatum, quo ad portionem non adeuntis, conditionale est, nec legatarius ante aditam hæreditatem decedens transmittit illam portionem ad suos hæredes, per textum in d. l. si Tito, uers. si tamen duos, iuncta gloss. in uerbo, cohæredis, infra quando dies lega, uel fideicommiss. cedit solutio. Gloss. hic, & Bart, in 2, op. respondent ad hoc contrarium hoc modo, quod textus noster in secunda parte loquitur, quando unus tantum erat hæres institutus sub illa conditio ne, & sic tacitè inerat, quod testamentum de necessitate ex aditione illius tan tum confirmari debebat, id est quod conditio habetur pro non adiecta. Sed lex contraria loquitur, quando plures erant sub tali conditione hæredes instituti, nec tacitè inerat, quod testamentum ex unus aditione confirmaretur, sed si unus adire noluit, potuit alter adire, & sua aditione testamentum confirmare, ideoque in non adeuntis persona cōditio ualuit, & sic legatum respectu non ad euntis erat conditionale, & respectu adeuntis purum. Sed contra hanc solutionem uidetur facere principium textus nostri, quod quoque loquitur de pluribus hæredibus institutis, & tamen dicit, legatum simpliciter non esse conditionale &c. Respondetur ad hoc, uerum est, textus loquitur de pluribus institutis hæredibus, onus tamen legati respicit tantum eos, qui cum effectu hæredes facti sunt, hoc est, qui adierunt, sicuti patet ex dictione, quisquis ligatur in persona adeuntium conditio superuacua est, d. l. si Tito, & quædam autem:

Gloss. in uerbo, conditionale, diuiditur in duas partes. In prima ponit esse etum legatorum conditionalium, hoc est, quod legatarius ante aditam hæreditatem decedens hoc ius non transmittit ad suos hæredes. In secunda ponit de duabus conditionibus, quæ tamen legatum non faciunt conditionale: prima est conditio iuris, quæ alioquin inest. Secunda est, si legetur quid sub tali conditione, sub qua hæres quoque est institutus, & si quis hoc modo dicat: Instituto Titiū hæredem, si factus fuerit Consul, & lego Sempronio decem, si Titius hæres factus fuerit Consul; hæc conditio quoque non facit legatum ex conditionale, quia tota hæreditas est sub conditione suspensa, & legatum expectat uires hæreditatis &c.

Sed contra priorem solutionem add. l. si Tito, uers. si tamen duos, datum, adhuc opponit Bart. d. l. in conditionibus. & hæc scriptura, infra de conditione, & demonstra. Quia ibi habetur, quod plures erant hæredes instituti, & legatum ab eis relictum sub conditione, si hæreditatem adierint, & decidit textus legatum non esse conditionale, ideoque post mortem legatarij ante aditam hæreditatem transmissibile ad hæredes. Barto. in effectu hoc modo respondet: Licet in d. hæc scriptura, erant instituti plures hæredes, non tamen omnes grauati erant solare legata, sed tantum is, qui primus nominatus erat sub hac conditione, si primus hæres erit, det Tito centum, ideoque potius est demonstra.

demonstratio quām conditio, quia hæc conditio alioqui ex iuris dispositione inest, & sic concordat cum textu nostro. Simile dicit Bart. in d. l. si Titio, in fine, inf. quando dies legat, cedit, quia ibi quoq; erant duo hæredes instituti, & ita legatum, si alter ex his adeat hæreditatem, det Titio centum, hoc legatum respectu eius qui adit, non est conditionale, sed respectu alterius non adest, transmisit tantum dimidiam legati ad suos hæredes, si autem legatarius ante aditam hæreditatem non decedit, acquirit totum legatum, dimidiā scilicet, quod attinet ad portionem hæredis adeuntis, acquirit ex dispositione testatoris expressa, & sic ui testamenti. Alteram autem dimidiā acquirit ex dispositione legis, nam quando duo sunt hæredes instituti, alter adit, alter uero non adit, disponit lex, quod portio non adeuntis accrescit cum suo onere portio, i. si mihi & tibi, in principio, cum ibi notatis, inf. eo, l. Vnica, cū ibi notatis, C. quando non potentium partes potentibus accrescit, ideoq; hæres qui adit hoc casu tenetur soluere dimidiā legati ex testamento, & aliam dimidiā ex dispositione legis. Sed quærī potest secundum Bart. hic, si is est hæres institutus, ad quem alioqui ab intestato pertinet hæreditas, & est sub illa conditione hæres institutus, det Titio centum, si hæreditatem adierit, utrum legatum sit conditionale, & conditio defecerit, si repudiat hæreditatem ex testamento, & adit eam ab intestato. Respondeatur quod non, quia licet hoc casu deficiat uoluntas testatoris, tamen suppletur hoc ex dispositione legis, quod debeantur legata. I. per totum, cum ibi notatis, supra si quis omissa causa testamenti. Secundamen est, si testator legat his uerbis, Quisquis mihi hæres erit, & in testamento apponet et clausulā codicillare, hoc modo dicēdo. Si testamentum meum non ualeat iure testamenti, ualeat saltem fure Codicillorum; hoc casu talia uerba faciunt legatum conditionale. Nam quoties quis ex ui Codicilli acquirit hæreditatem, dicitur ab intestato acquirere. § Codicillis, cum similibus. Instit. de Codicillis, nec est opus Codicillum confirmari hæredis institutione & eius aditione, sicuti testamentum § directo autem, cum ibi notatis, Insti. de Codicillis. Igitur talia legata debentur ex uoluntate testatoris expressa, & sunt conditionalia propter illa uerba inserta, & propter clausulam codicillarem. Ideo quia ex uoluntate defuncti expressa, hæreditate ex testamento non adita, poterant legata deberi ab intestato, & sic hæc conditio, si hæres erit, tacitè non inerat ex dispositione iuris, sicuti à testatore expressa est. Ideoque habet uita conditionis, & facit legatum conditionale: & hæc disputatio Bar. à doctoribus in effectu hic approbatur, nemo enim est, qui contradicat. Nā licet D. Iaso hic ex ea faciat sex conclusiones, & disputeret eas pro & contra, tamen ubiq; concludit cum Bart.

Extra gloss. examinat duas quæstiones. Prima est, An expressio eorum quæ tacitè insunt per uiam conditionis aliquid operetur. Secunda quæstio est, An expressio eorum, quæ tacitè insunt per uiam dispositionis aliquid operetur. Prima quæstio est hic decisā in textu, sed contra illam decisionem textus opponit Bar. Quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, aliquid operet, hoc probatur. Nam Bar. contra textum nostrum in quantum uult, quod conditione quæ à iure tacitè inest, nihil operetur, sed ualeat actus, ac si conditio non esset adiecta, hoc modo: In ex hæredatione liberorum hoc à iuris dispositione inest, quod ad hoc ut ex hæredatio ualeat, requiratur aditio ex testamento, I. filium § sed cùm ex hæredatio, inf. de bonorum possess. contra tab. & hæc uerba, quisquis hæres erit, important aditionem hæreditatis, & tamen si quis hoc modo ex hæredat filium suum, quisquis modò hæres erit, filia ex hæres esto: hæc adiectio conditionis uitiosa est, & operatur quod ex hæredatio nulla

est per text. in l. 3. & filius autem, suprà de libe. & posthu. Ergo idem dicendum hic esset in legato sub tali conditione relicto.

Dic ad hoc & similia contraria respondet, quod in d. l. 3. & si filius, sit ex suis specialis, sicuti in omnibus alijs legibus contrarijs exemplum in l. si in diem & seruo, infrâ de conditio, & demonstrat. Sed per hanc solutionem non habemus responsionem ad contrarium. Bartolus post Petrum hic alter responderet, scilicet, quod in d. l. si filius, conditio per alium modum exprimitur, quam per eum, qui tacitè inest; hoc probo, quia exhæredatio filij uel filiæ, non potest fieri sub conditione, sed debet fieri purè, d. l. 3. & purè, infrâ de liberis & posthumis, l. si quis Sempronium, in fin. cum infinitis similibus, infrâ de hæreditibus institu. Igitur hæc conditio, quisquis modò hæres erit, non inest tacitè ex natura exhæredationis, sicuti inest ex natura legati. Et sic in exhæredatione, quæ hoc modo fit, non est forma exhæredationis seruata. Cum ergo forma det esse rei, & exhæredatio sit res odio minui debeat, secundum Bald. in l. fin. in 2. colum. C. de suis & legitimis hære. Item exhæredatio liberorum habet duplum effectum, unum ante aditam hæreditatem, & alium effectum post aditam hæreditatem. Ante aditam hæreditatem hunc effectum habet, quod hæres etiam extraneus institutus non impeditur adire hæreditatem propter filium exhæredatum, post aditam uero hæreditatem iterum habet alios effectus, ut in d. l. filium, & sed ex hæredatio, infrâ de bo, poss. contra tabulas.

Quando autem testator ita exhæredat filium, quisquis mihi hæres erit, filium meum exhæredo, utique ante aditam hæreditatem filius non censetur esse exhæredatus, sed præteritus, quæ præteritio impedit, quoniam hæres scriptus adire possit, & testamentum est nullum. Institu. de exhæredatione, in princip. ergo longè alia ratio est quam in l. nostra, & ita quoque respondet Cy. in l. si arrogator, suprà de adoptio. & in d. & filius. & fuit de mente gloss. fin. in d. l. si quis Sempronium, suprà de hære. institu. Sed Alexand. de Imo, post Rapha. Cu. impugnat hanc solutionem, hoc modo: Immò legatum purum quoque habet quosdam effectus ante aditam hæreditatem, quia ante aditionem acquiritur dominium rei legatæ fictè, post aditam uerè &c. Dic breuibus, tamen semper esse diuersitatem in exhæredatione & legato, scilicet, quod exhæredatio non potest fieri sub conditione, igitur dici non potest, quod conditio tacitè inest, legatum autem fieri potest purè in diem, & sub conditione, & conditiones in legatis possunt esse conditiones iuris, ut si hæres erit, de qua loquitur textus noster: uel conditiones hominis, ut si Consul factus fuerit, igitur ualeat solutio, & est illa obiectio planè diuersa, nec quadrat hoc cum effectibus legati, quia legatum his uerbis, quisquis mihi hæres erit, non impedit effectum legati, ante aditam hæreditatem, sicuti effectum exhæredationis. Tu ipse uide illam disputationem.

Secundò opponit Bartolus hoc modo: Immò adhuc conditionis expressio, quæ tacitè inest, aliquid operatur, hoc probatur per textum in l. si ita & ille si uollet, infrâ eo. Vbi habetur, quod illa uerba, Leggo Tito centum, si uollet &c. faciunt legatum conditionale, & tamen illa conditio alioquin tacitè inest, quando sine uoluntate legatarij non possit acquiri legatum. Bart. respondet, ista conditio, si uollet, non inest tacitè, quia legatarius potest habere & transmittere legatum, etiamsi non uelit, nam potest ignorare sibi legatum esse, l. Cūm pater, & siudo, infrâ de lega. 2. Igitur hæc expressio me-

ritò quid operatur, quæ solutio originaliter est gloss. in l. aliquando, in uero bo, adierit, infrà de conditio. & demonstratio. quæ solutio per Doctores ap. probatur.

Quia autem fam dictum est, & habetur hic in textu, quod expressio conditionis quæ tacite inest, nihil operatur, quod etiam non habet dubium. Quare si potest, si testator huiusmodi conditionem, quæ tacite inest, expresserit, & adiecerit suam esse uoluntatem, quod talis conditio habeat vim conditionis, & faciat legatum conditionale, utrum ualeat haec adiectio, Bart. Bald. Paul. de Castro. & dominus Iaso concludunt, quod sic, per textum expressum in l. in conditionibus, § haec scriptura, uers. nisi forte, infrà de conditione & demonstratio, qui textus secundum Baldum in l. Vnica, in fin. principij. C. de cad. toll. est unicus & singularis in iure, nec reperitur alibi. Ideo potest testator facere, quod legatum alias transmissibile, quia statim non transmittatur, secundum Baldum in l. si pater, in quarta quaest. C. de institutio, & substitut. & in l. Vnica, in 2. nota. C. ut actio, ab haere, & contra haeredes, sed dubitari potest, quomodo constare posset in hoc casu mens testatoris uolentis esse conditionem, Baldus in d. l. Vnica, ad fin. princip. C. de caducis tollendis dicit, & ualde singulariter, quod quando testator diceret, Lego Tito centum, sub ista conditione, si Caius haeres erit &c. Constat de mente testatoris ex illa clausula, scilicet sub ista conditione &c. quod uelit conditionem esse. Si autem simpliciter dicat: Lego Tito centum, si Caius haeres, aut non exprimendo clausulam, sub illa conditione, constare de mente testatoris, quod non uelit esse conditionem; cum Bald. transit Paul. de Castro hic.

Sed haec decisio Bald. impugnatur per Alexandrum & Aretium, qui dicunt, quod haec clausula, sub ista conditione, non reddat actum conditionalis, qui de sui natura non erat conditionalis, per textum in l. Meuia, infrà de manumiss. testa. Quia ibi dicit textus expressè, quod quidam testator tribus seruis reliquit libertatem, sub hac conditione, ut monumento suo alternis mensibus lucernam accendant: & deciditur, etiamsi illi tres non accenderint lucernam, tamen esse eos liberos, & sic haec clausula sub conditione, non declarat testatoris mentem fuisse, eos sub conditione liberos esse. Idem probatur per textum in l. 2 § fin. infr. de donatio. Dominus Iaso hic, non obstantibus huiusmodi impugnationibus, concludit cum Bald. & Paul. de Castro, & dicit esse uerissimum, alioqui ista uerba, sib. ista conditione, nihil importarent, & tamen uerba semper debent sic intelligi, ut non sint superflua, sed aliquid operentur. l. si quando, in prin. cum similibus, infrà eo. Nec obstant iura per Alexandrum & Aret. allega. & d. l. Meuia, infrà de manumiss. testa. & d. l. 2 § fina. infrà de donatio. Quia ad hoc respondetur, quod multum intersit, An testator, qui legando dicit, sub hac conditione, utatur particula Ut, uel utatur particula Si, Nam si utitur particula Ut, dicens, Lego Tito centum, ut accendat monumento meo lucernam, certum est, quod eius legatum non est conditionale, non obstante quod dixit, sub hac conditione, quia dictio Ut, de sui natura non importat conditionem, sed modum, ut habetur per totum titul. ff. & Cod. de condit. ob causam. & Bartolus in d. l. 2 § fin. ff. de donatio. Sed in dictis contrarijs legibus non est particula Si, sed dictio Ut. Ergo propter expressionem istius clausulæ, sub conditione, contra naturam uerborum non possunt esse conditionalia. Et ideo textus in d. l. Meuia, dicit expressè, neque ex contextu uerborum, neque ex mente testatoris colligi posse, quod legatum sit conditionale, cum testator non sit usus uerbis conditionem importantibus. Secus autem esset, si testator diceret, Lego Tito centum, si Sempronius haereditatem meam adierit, nam b. ij

hoc casu licet hæc conditio alioqui insit ex iuris dispositione, tamen quia testator appellat conditionem, ipsa appellatio testatoris operatur, quod legatum habet vim legati conditionalis, per iura suprà allega. & in his terminis sumus nos, & sic adhuc stat regula, quod expressio conditionis, quæ tacitè inest, regulariter nihil operatur. Sed adhuc opponit Bartolus, quod conditio tacita non minus suspendat quam conditio pura, quia in locationibus & conductionibus etiam nominatim non agitur, quod inuecta & illata pro mercede sint obligata, tamen tacitè inest. I. Item quia conuentiones, in princip. ff. de pactis, sed brevibus respondet hoc non esse contrarium, sed ius concordans, nam cum hoc ex iuris dispositione insit locutionis, utique nihil operatur, si partes nominatim exprimunt, & sic concordant.

Sed ultra oppositiones Bar. D. Iaso hic adhuc opponit fortiter, immo expressio conditionis, quæ tacitè inest, aliquid operatur; hoc probatur, nam actus legitimi, ut emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio &c. possunt habere tacitam conditionem, & tamen si talis conditio, quæ tacitè ex natura actus inesse potest, exprimitur, uitiatur huiusmodi legitimus actus propter expressionem conditionis. I. actus legitimi, per totum ff. de regulis iuris. Et sic expressio conditionis, quæ tacitè inest, hoc operatur, quod actus, qui sine expressione ualuerit, propter expressionem in ualidus fiat, sed huic contrario post Bal. & Rapha. Cu. respondet D. Iaso brevibus, cum ex natura huiusmodi actu sit, ut pure fiant, & non sub conditione. d. I. actus legitimi, cū similib. Ergo necesse est, quod nulli sint illi actus, si contra ipsorum formam conditio exprimitur, sicuti suprà de exhereditatione dictum est. Quod autem in d. I. actus legitimus uers. non nunquam, habetur, quod in acceptilatione, quæ quoque actus legitimus est, tacitè possit inesse conditio, hoc est intelligendum, quod hæc conditio tacitè insit ex natura promissionis præcedentis, utputa, quod obligatus erat sub conditione, & acceptilatione liberatus: hæc acceptilatio habet quidem tacitam conditionem, propter promissionem conditionalē præcedentem. Igitur cum ante conditionis euentum conditionalis promissio nihil efficiat, neque acceptilatio quicquam efficere poterit, nisi conditio, quæ habet, utrum de expressione eorum quæ tacitè insunt, per uiam conditionis aliquid operetur.

Secunda quæstio Bart. est de expressione eorum, quæ tacitè insunt, si exprimuntur per uiam dispositionis, an expressio aliquid operetur. Exempli, hoc inest arrogationi à iure, quod si quis arrogat impuberem patrem familiæ, & impubes decesserit, quod arrogator tenetur hæreditibus impuberis restituere omnia bona impuberis, & quoque partem quartam suorum bonorum propriam, iam si talis arrogator condit testamentum, & dicit non conditionaliter, sed dispositiū, Volo, quod filius meus arrogatus accipiat quartā partem bonorum meorum, si ante pubertatem decesserit, & fideicom. committō, ut illam quartam restituat Seio, utrum talis expressio dispositiū facta, aliquid operetur, ita, quod fideicommissum ualeat; & decidit Bart. quod non, quia illa quarta debetur arrogato ex iuris dispositione, Ergo testatoris expressio nihil operatur, per textum in l. si arrogator. uers. cæterū, suprà de adoptio.

Sed contra illam decisionem opponit Bart. quatuor modis, & primò d. I. talis scriptura, in fratre eo. Quia ibi testator reliquit plura legata, quædam pure, quædam in diem, & quedam sub conditione, & addidit hanc clausulam: Quibus legatis dies appositus non est, eas hæres meus annua, bina, tria die dato: & postea addidit in eodem testamento, Leggo Tito centum præsentia, quæ ritur, utrum expressio istius uocis, præsentia, aliquid operetur. Et dicit tex-
tus, Quamvis dictio, præsentia, sit superuacua adiectio, quantum ad uim & effectum

effectum legati pertinet propter priorem clausulam, tamen ad hoc proficiet, ut præsentis die legatum debeatur, & sic operatur expressio illius, quod alioqui ex prioribus clausulis inerat, quod pugnat cum decisione ex d. l. si arrogator &c. Bartolus ad hoc respondet, Quod in d. l. si Arrogator, tacitè inerat ex necessitate, & sic ex iuris dispositione, igitur expressio nihil operatur. Sed in l. talis scriptura, tacitè inerat non ex necessitate, neç ex iuris dispositione, sed ex hominis & sic testatoris uoluntate, qui potuit alium terminum legato assignare, igitur expressio aliquid operatur: ita quoç respondet Bart. in l. re coniuncta, in s. oppo. infra de lega. 3. Sed huic solutioni dicunt Alex: de Imo. & D. Iaso, obstare l. non recte. C. de fideicom. & propterea dant alias solutiones, ex mente Bal. & Ioan. de Imo. in l. si in diem. §. 1. infra de conditione. & demonstra, hoc modo, quòd quando legatum purum relinquitur, debetur quidem præsentis die, quo ad obligationem, non tamen quo ad solutionem, sed quando exprimitur, quòd præsentis die debeatur, sicuti fuit in d. l. tacitum, sed exprimitur per modum dispositionis, non potest operari damnificium & grauamen: & in hoc casu propriè loquitur textus in d. l. si arrogator, ubi fideicommissum est grauamen & onus, l. cohæredi. §. Cum filiæ, iuncta glo. in uerbo, tenebuntur, suprà de uulga. & pupilla. substit. Sed illa expressio benè potest operari commodum & fauorem: ita loquitur d. l. talis scriptura, & ita Bart. quoç respondet in effectu, infra in sua distinctione.

Secundò opponit Bar. contra d. l. si arrogator, hoc modo: Substitutione pupillaris retinetur tacitè sub substitutione uulgaris, & tamè si quis exprimit illā substitutionem pupillarem, expressa plus operatur quam tacita, hoc probatur. Quia tacita pupillaris matrem impuberis à successione non excludit. l. fin. C. de constit. & substit. Expressa uero substitutione pupillaris matrem excludit. l. precibus. uers. si uero substituit. C. de impube. & alijs substitutionis. Ergò multum operatur expressio illius, quod tacitè inest. Bart. ad hoc respondet, Tacita pupillaris ex defuncti uoluntate præsumpta inest. l. Iam hoc, suprà de uulga. & pupilla. substit. Ideò propter expressum cessat tacitum, quia iam tacitè non inest, de necessitate igitur aliquid operatur, secus, si inest, ex necessitate, ut hac l. nostra; & hanc solutionem quoç tenet Alexander de Imola hic.

Sed cum hac solutione Bart. est sibi ipsi contrarius, ut colligit D. Iaso hic: Quia Bart. in hac solutione dicit, ubi tacita uenit ex præsumpta uoluntate defuncti, si exprimatur, facit cessare tacitum, & sic aliquid operatur. Et infra in secunda quæstione dicit, si tacitum uenit ex præsumpta uoluntate defuncti, ut l. conficiuntur, in princip. suprà de iure Codicillo. Tunc si exprimitur, nihil operatur. Quia inter tacitum & expressum nulla est differentia. l. Cum quid, suprà si certum petatur, & sic est sibi contrarius. Item dum Bart. in fin. huius solutionis allegat legem nostram, uidetur ad præsens propositum male allegare, Quia nos hic sumus in terminis, quando tacitum exprimitur per uiam dispositionis. l. autem nostra loquitur, quando exprimitur per viam conditionis, ideò melius allegasset d. l. si Arrogator.

Et propter hoc D. Iaso hic, & in d. l. Cum quid, sup. si certum petat, & in d. l. Centurio, suprà de uulga. substit. dat aliam & nouam solutionem, hoc modo: Quòd l. dispensauit cum patre contra omnes regulas iuris communis, Quòd scilicet pater possit facere substitutionē pupillarem pupillo, quæ sub-

stitutio est testamentum ipsius pupilli, l. patris & filij, supra de uulga, & pupilla, substit. Voluit itaque lex, quod pater filio impuberi possit substituere penitus extraneum, & excludere matrem impuberis, & sic eam legitima priuare, quod ipse filius non potuisse facere, si fuisset maior, l. Papinianus & sed nec impuberis, infra de inoff. testamento. c. i. & licet autem, de testamentis in s. Istae ergo dispensationes contra regulas iuris communis sunt ualde odia, & multum restringendae. c. odia, cum similibus, de regu, iuris in s. Igitur cum haec dispensatio legis, quae permittit patri per substitutionem priuare matrem legitima ex bonis filij sui, odiosa sit, utique restringi debet, ut tantum procedat, quando pater expressè substituit filio pupillariter, secus, si expressè non substituit, licet aliás sub uulgari contineatur tacita pupillaris. Et dicit D. Iaso istam esse propriam & fundamentalem solutionem ad hoc contrarium: Tu breuisbus hoc modo quoque poteris respondere, quod tacita & expressa substitutione pupillaris, sint duas diuersas & separatas species substitutionis à iure introducatae, secundū Bar. & doctores in l. i. sup. de uulga, & pupilla, substit.

Igitur necesse est, quod habeant diuersas effectus & operationes, & qui expressam exprimit, non dicitur tacitam, quae diuersa species est, expressisse, neque expressio hominis est, sed legis, quia lex ita exprimit, d. l. precibus.

Tertiō opponit Bar. d. l. Titia, infra ad l. Falcidiā, Quia ibi habet, Certū est quod dīs, qui rogatus est per fideicommissum restituere hæreditatem, poterit retinere in restitutione fideicommissi quartam Trebellianicam, & hoc est ex iuris dispositione, ut toto tit. ad Senatusconsultum Trebellia, & tamen si testator expressè dicit, Volo ut in restitutione retineas quartam, haec expressio plus operatur quam quod tacitē inest ex legi dispositione, ut patet ibi. Bart. in effectu hoc modo responder, quando testator non exprimit de detractione quartae, sit detractio ex iuris dispositione contra ipsius testatoris uoluntatem, post expressionem autem sit secundum testatoris uoluntatem, id est expressio aliquid operatur, quod scilicet expressio sit secundum uoluntatem testatoris, & ita quoque responder Alexan. de Imo, hic.

Quarto opponit Bart. d. l. i. inf. si pendente appellatione mors interuerterit l. Nam certum est, quod in multis delictis ex iuris dispositione uenit publicatio bonorum delinquentis, & tamen si in sententia capitali iudex non exprimit publicationem, & delinquens pendente appellatione decedit, delictum extinctum est, adeo quod etiam publicatio locum non habet, secus, si iudex in sententia capitali exprimit publicationem bonorum, nam hoc casu defuncto etiam delinquentे pendente appellatione, hæres tenetur appellatio*nē* prosequi, & si non detexerit iniuriatē sententię, procedit publicatio d. l. & sic expressio istius taciti multum operatur, Bar. responder ad hoc, Quod publicatio uenit ad capitalem sententiam accessorię, id est accessorię exprimitur, in sententia nihil operatur, quia exprimitur per eum modum, quo aliquin inest, secus si publicatio bonorum in sententia exprimitur principaliter, tunc aliquid operatur, exprimitur enim aliter quam tacitē inest: & ita loquitur d. l. i. Dicitur autem exprimi principaliter, quando exprimitur per copulam, & ut dicendo, condemnō eum, & publico bonum. Accessorię autem dicitur exprimi, quando utitur particula, Cū, Quia dictio Cum, habet accessorię uenire. l. i. & 2. infra de peculio lega. Etsic uult Bart. quando iudex condemnauit aliquē capitaliter, & publicauit eius bona per dictiōnem & & sic principaliter, tunc extincto reo pendente appellatione, nō extinguitur publicatio bonorum aequē principalis, secus si accessorię expressisset. Limitatum autem ad hoc dictum Bart, vide apud Bal. in l. Vnica, in 2. col. C. ne ex delictis defunctorum salue, in l. 3. C. si reus uel accusa, mortuus fuerit, & dominus Iaso hic;

Quintū

Quintō opponitur contradictam regulam, nam certum est, quod si quis stipulatur fundum tradi, censetur quoque uacuam possessionem tradi, tacite stipulatus esse. I. ratio. & si emptor, supra de acto. empti & uediti. Et tamen si quis expressè hoc modo stipulatur, Promittis mihi fundum dare, uacuamq; possessionem tradi, illa posterior adiectio, quæ tamen inest priori, operatur quod fructus à tempore stipulationis peti possent, qui tamen alioqui uirtute primæ clausulæ non possent peti. I. si stipulatus, supra de usu. Gloss. in d. I. si stipulatus, in uerbo, uacuam, respondeat. Adiectio siue expressio operatur, ut coniuncta facerent, quorum neutrum per se satis esset.

Et hanc materiam de expressione scilicet taciti per uiam dispositionis, inducit Bar. ad duas quæstiones. Prima est, Iure cautum, si Arbitr̄ in suo laudo condemnat quem ad soluendum sub certa poena, & infra certum tempus, si condemnatus non satisfacit infra illud tempus, incidit in poenam, nec potest purgare moram. Secus, si Arbitr̄ simpliciter cōdemnat ad soluendum sub poena, nec tamen exprimit diem, tum est dies à lege, scilicet quatuor mensium, l. 4. si quis condemnatus, in glo. inf. de re iudica. I. fi. & gloss. C. de executione rei, hoc casu potest purgari mora usq; ad litem contestatam. I. si cūm dies & si, cum I. sequenti, & I. Celsus, in princip. ff. de Arbitris: & sic si condemnatus non soluit in diem ab Arbitro statutum, mora purgari non potest, secus si non soluit infra diem à lege statutum, tamen admittitur purgatio moræ. Nunc pone, Arbitr̄ in suo laudo illum ipsum diem expressit, qui à lege statutus est, hoc est, condemnauit eum ad soluendum infra terminum quatuor mensium. Quæritur nunc, si condemnatus non soluit infra illū terminum, an possit purgare moram non obstante Arbitri expressione.

In hac quæstione sunt duæ contrariæ opiniones. Prima opinio est, quod mora possit purgari, non obstante arbitrii expressione: & hanc opinionem tenent Iacob. de Are. And. de Pis̄is. Bal. Alexand. de Imo. & Raph. Cu. hic; Guili. de Cu. in d. I. si Arrogator, supra de adopt. Et mouentur primò per id, quod in simili dicit gloss. in c. 1. de constit. in 6. in uerbo, facti, quod statutū disponens idem, quod ius commune, dicatur esse ius commune, ergo dies legalis ab Arbitro expressa, quoq; dicatur dies legalis, & non dies Arbitri. Secundò mouentur per textum nostrum hic, qui expressè uult, quod expressio illius quod à iure inest, nihil operetur. Tertiò mouentur per textum in l. cum tale, & Meuiæ, infra de conditio. & demonst. Vbi Meuiæ legatur fundus sub hac conditione, si non nupserit, quæ conditio tacite, complectitur diem mortis Meuiæ, & tamen est quoq; expressum ibi, cūm moritur, & dicit textus, quod hæc expressio nihil operet. Ergo idē hic &c. Quartò mouent per hoc, quod ille terminus quatuor mensium, est terminus legalis, & non arbitralis. l. 4. & si quis condemnatus, & ibi est gloss. ordina. inf. de re iudicata. Et dicit hic terminum in fauorem debitoris esse introductum, ergo non debet in eius odium quicquam operari: operaretur autem in eius odium, si expressio Arbitri efficeret, quo minus posset purgari mora: & sunt quidam alij, quos recenset Alex. de Imo. hic, qui eadem tenet, scilicet, quod mora purgari non possit propter Arbitri expressionem.

Contrariam opinionem tenent Bar. Salyce, & D. Iaso hic, Ioan. de Imo, & Paul. de Cast. in l. si insulam, infra de uerbo, obligatio. Ange. & Paul. de Cal. in l. eum qui certum & cum pure, inf. de uerbo, obliga, Ioan. de Imo: in c. ex insinuatione, uers. sed aduerte, de rescript. Petrus de Ancho. in c. in ultima col. uers. non obstat tertia, de constitu. in 6. Et mouentur his uerbis, & primò, Quando Arbitr̄ exprimit diem legalem sub poena, ille qui nō paret, offendit simul ipsam legem, & quoque eius ministrum, Ergo plus est quam si Arbitr̄ tantum expressisset diem, qui à lege non inerat. Licet enim b. iiiij

tempus legale, hoc est, quatuor mensium insit tacitè à lege, non tamen ita inest, tanquam præsumatur iudicem sic uoluisse, sed inest tantum miserationis causa, ex indulgentia legis, præter iudicantis uoluntatem. l. si cum §. supra de compensatio. Et ideo, si arbiter hoc exprimit, declarat uoluntatem suam, nec exprimit eo modo, quo tacitè inest. l. Titia, infrà ad legem Falcidiam; Secundò mouentur, Nam tale tempus quatuor mensium tacitè inerat non de necessitate, quia Arbitr̄ poterat alium diem statuere, cui partes tenebantur parere, siue æqua siue iniqua esset. l. diem proferre §. stari, & l. quid tamen §. solutioni, supra de Arbitris, Ergo Arbitri expressio aliquid operatur. d. l. talis scriptura, uers. quod si forte, inf. eo. & hanc opinionem tenet expressè gloss. ind. l. eum qui cert. §. cum pure, in uerbo, expressè, circa fin. ferè sup. de uerbo, obligatio, sicuti Ange, & Paul. de Cast. gloss. ibi etiam hoc modo intelligunt.

Nec uidentur obstatre huic opinioni iura pro prima opinione allegata, & Primū nihil facit gloss. in c. i. de constit. in 6. Vbi habetur, quod statutū disponens idem quod ius commune, sit ius commune, Quia respondet ad hoc Petrus de Ancho. ibi, quod is, qui non satisfacit in termino legali ab Arbitro expresso, offendit legem & eius ministerium, & expressio Arbitri auget effectus illius termini legalis, igitur agitur cum transgressorē durius, per statutum autem non augetur effectus legis, quia contra transgressorē statuti non agitur durius quam contra transgressorē legis, & sic hæc similitudo nihil facit. Secundò, nihil facit l. nostra, quia in ea dicitur de expressione testatoris, eo ipso modo, quo tacitè inest, hic autem secus, ut supra dictum est. Tertiō non obstat l. cum tale §. Meuie, infrà de conditio. & demonstratio. Quia ibi turpis & reprobata conditio tacitè continebat tempus mortis. Igitur expressio illius que in reprobata cōditione inerat, quoq; nihil poterat operari. In quæstione autē nostra, tam terminus legalis quam Arbitri, ubiq; licitus est. Quartō, non obstat d. l. 4. §. si quis condemnatus, inf. de re iudica. Quia Bart. ad hoc respondet, quod illa lex loquitur in iudice, qui tempus legale præfigendo mutare non posuit, quod non est in Arbitro, qui potest per se a lium diem statuere, d. l. diem proferre, §. stari, & d. l. quid tamē §. solutioni, & l. Celsus, in prin. supra de Arbitris, Ergo cum à parte iudicis terminus legis sit de necessitate, à parte Arbitri uero de uoluntate, hoc casu non est bonum argumentum à iudice ad arbitrum. Sed hanc solutionem impugnat Alexan. de Imo. Nam certum est, quod arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. l. i. supra de Arbitris, ergo d. §. si quis condemnatus, disponens de iudice, quoq; debet intelligi de Arbitro propter illā æquiparationem. Nec obstat huic responsioni d. l. diem §. stari, supra de arbitris, quæ habent quod sententiae Arbitri standum sit, siue sit æqua siue iniqua. Quia hoc uerum est, quando Arbitr̄ non pronunciat contra regulam iuris errore expresso, secus si contraria pronunciat, ut notant gloss. & doctores in d. §. stari, sed hoc idem seruatur in iudice. l. i. & quæ ibi notantur C. quorum appella. non recipitur, & sic est idem in iudice, quod in Arbitro, & sic ubi iudicis actus nullus est absq; appellatio, tunc quoq; idem est in sententia arbitri. l. apud Celsum, §. item requiritur, cum ibi notatis, infrà de do. excep. sed si iudex uelit exprimere in sententia minus tempus quam lex, non ualeret eius actus. d. l. 4. §. si quis condemnatus, cum ibi notatis, Ergo propter ipsam æquiparationem idem dicendum est de Arbitro, & sic quod illud tempus legale non dependeat de uoluntate Arbitri, sed est de necessitate. Sed ad illam impugnationem Alexandri responderi potest, scilicet quod dicitur arbitria redacta esse ad instar iudiciorum, uq; est in his, scilicet in quibus non est diuersitas in specie inducta inter iudicem & Arbitrum: sed quod ad terminum præfigendum attinet, in sententia

sententia est diuersitas in specie inducta, per d. I. Celsus, in princi, & d. I. quod tamen & solutioni, suprà de arbitris, Ergo generi derogatur per speciem. I. dolí clausula, infrâ de uerbo, obliga. I. sanctio legis, infrâ de poenis. Igitur uia detur, quòd Bart. opinio sit uerior, præsertim propter auctoritatem glo. quæ in huiusmodi dubijs opinionibus magna est, ut notant doctores in c. V nico, & præterea, de cap. Corradi.

Secundò inducit Bart. hanc materiam ad aliam quæstionem. Illa hæreditas dicitur iusta, quæ obuenit ab intestato. I. 3. § de illo, ff. pro socio. Pone, nunc contracta est societas inter duos, & inserta clausula, si qua iusta hæreditas obuenierit, sit communis, & accidit, quòd alter ex socijs à cognato suo, cui ab intestato debebat succedere, instituebatur heres in testamento. Queritur, an talis hæreditas debeat cōmunicari inter socios; & in hac opinione quoq; sunt duæ contrariae opiniones. Prima opinio est, quòd talis hæreditas non communicabitur in totum, sed tantum in legitima, quæ debebatur ex necessitate, in alia uero secus, ut hanc opinionem tenent Iaco. de Are, Ioan. de Imo, Petr. de Bex, & dominus Iaso hic; & mouentur, primū per textum in l. illud, in princip. suprà de acqui, hære, ubi successurus ab intestato instituatur heres, non defertur ibi legitima hæreditas ab intestato, sed ex testamento. Secundò mouentur per textum in l. iure nostro; § fin. iuncta l. sequenti, secundum primam lecturam gloss. in uerbo, extet, suprà de testamen. tute. Vbi est tex-
tus, quòd si quis est tutor legitimus ab intestato, si facto testamento creature
tutor, non dicitur amplius tutor legitimus, sed testamentarius. Tertiò mouen-
tur ex eo, quòd uerba pacti in societate comprehendunt solum hæreditatem
obuenientem ab intestato. d.l. 3 § de illo, suprà pro socio. Ergo ipsæ partes
sibi debent imputare, cur legem apertius non dixerint, etiam de successio-
ne ex testamento. I. ueteribus, sup. de pact. Quartò mouentur hoc fundamen-
to, conditio debet impleri in forma specifica. I. qui hæredi, in principiis
& l. Meius, infrâ de conditio. & demonstra, sed forma specifica est de hære-
ditate obueniente ab intestato, Ergo de hæreditate ex testamento intelligi
non potest. Quintò mouentur, quòd testator illū hæredem suum ab intesta-
to priuare potest in testamento tota hæreditate, excepta legitima, Authen-
tia, nouissima, C. de inofficio. testamento. & hoc uerum, quando testator fuit pa-
ter, mater, auia, auus, filius uel filia &c. secus si fuit frater hæredis uel cognat-
ti, quia tunc eum tota hæreditate priuare in testamento potuit. I. fratri, cum
similibus. C. de inoff. testamento. Et sic, quando testator est pater uel mater,
&c. tota hæreditas depèdet ex eius uoluntate, excepta legitima, uel si est fra-
ter uel extraneus, uniuersa hæreditas simpliciter dependet ex eius uoluntate.
Sed Bart. suprà dixit circa oppositiones, quando id, quod tacitè inest, ex uo-
luntate testatoris inest, tunc expressio aliquid operatur. I. talis scripture, uersus
quid ergo, inf. eo. Ergo, quia testator hæredem ab intestato instituit hære-
dem in testamento, hæc expressa institutio operatur, quòd non censetur hæ-
reditas ab intestato, sed ex testamento, & sic non communicanda, secundum
ea quæ suprà dicta sunt.

Contrariam opinionem, scilicet, quòd illa hæreditas habeatur pro succe-
sione ab intestato, non obstante testatoris expressione, & quòd tota debeat
communicari, tenent Bart. & Alex. de Imo, hic, Pe. & Cy. in d. I. si arroga-
tor, suprà de adoptio, & mouentur hoc fundamento, quòd tota hæreditas de-
beatur hæredibus ab intestato ex præsumpta mente defuncti. I. conficiuntur,
in princip. suprà de Codicillis. Ergo si exprimitur, nihil operatur, Quia
inter uerum & expressum non est differentia, I. cū quid, inf. si certum petatur,
& dicit Alex. hanc opinionem esse ueriorem. Sed prima opinio, quicquid
dicat Alex. uidetur secundum Iasonem hic de iure uerior, Quia Bart. in hoc
fundat.

fundamento, quod ad secundam opinionem allegat, est sibi ipsi contrarius, suprà enim circa oppositiones d. l. talis scriptura, infra eo. & d. l. fin. C. de institut. & substit. expressè dicit, quando tacitum inest ex præsumpta uolunta de defuncti, tunc si exprimitur expressio, aliquid operatur, cuius contrarium in hac quæstione dicit, nec etiam potest responderi ad fundamentum ultimū, quod pro prima opinione adductum est, igitur uidet primam seruandam esse.

Vt autem ista materia plenē intelligatur, & iura concordent, Tu ex mente Bart. & Bal. hic hoc modo distingue: Aut illud quod tacitè inest, exprimitur per modum conditionis, aut per modum dispositionis. Quando per modum conditionis exprimitur, distingue: Aut apparet ex contextu operari, & operatur expressio, quod legatum habetur pro conditionali, quod alioqui non fuisset conditionale, l. in cōditionibus & hæc scriptura, uers. nisi forte, inf. de conditio, & demonstratio. Aut mens exprimentis non appareret, & dic: Aut id quod exprimitur, inerat tantum pro parte, pro parte uero tacitè: & ita loquitur l. si Titio, in fin. infra, quando dies legati cedit. Aut totum inerat tacitè, & distingue: Aut illud tacitum exprimitur eodem modo, quo tacitè inest, & nihil operatur expressio; ita loquitur lex nostra, cum similibus. Aut exprimitur alio modo quam quo inerat, & expressio operatur, ut hoc inest in exhæredatione, quod non ualeat, si hæreditas non aditur; tamen si testator dicit, exhæredo Titium filium meum, si Sempronius hæreditatē adierit, uiciatur exhæredatio propter illam expressionem, quia exhæredatio debet fieri pure, & sic exprimitur sub conditione, & sic alio modo: & ita loquitur l. 3. & filius, suprà de libe. & posthu. & l. si ita legatum & illi, si ualeat, infra eo, & gloss. in l. aliquando, infra de conditio, & demonstra, & hoc de expressione, quæ fit per modum conditionis.

Quando uero illud, quod tacitè inest, non exprimitur per modum conditionis, sed per modum dispositionis, & dic ex mente Bal. hic: Aut tacitum inest tantum ex interpretatione, uel ex conjectura, & utiq; operatur expressio illius taciti, sicuti uidemus, quod substitutio tacita pupillaris, ex interpretatione quadam est in expressa uulgarī, igitur expressa pupillaris plus operatur, quam tacita. l. precibus. C. de impube. & alijs substitut. & ita quoque intelligitur. l. talis scriptura, infra eo. Vbi enim aliquid exprimitur, non est recurrentum ad conjecturas. l. cum ex filio. & filio, suprà de uulga. & pupilla. substitu. l. continuus & cum ita, in fin. inf. de uerbō, obliga. Aut tacitum nō inest ex interpretatione uel cōjectura, sed ex dispositionibus legalibus, & dic: Aut expressio fit eo ipso modo, quo tacitè inest, & distingue: Aut aliquis sentire damnum, si expressio aliquid operaretur, & tunc nihil operatur: & in hoc casu loquitur l. si arrogator, sup. de adoptio. Aut aliquis sentire commōdum sine damno alterius, & operatur expressio: & in hoc casu intelligi potest l. Titia, inf. ad l. Falcidiam, cum similibus. Aut exprimitur per alium modum quam quo tacitè inest, & operatur expressio, & in hoc casu potest intellegi l. i. infra, si pendente appellatio, mors inter, cum similibus.

L. Si quis in fundi.

Error nominis proprij non uitiat legatum, securus si erretur in corpore uel in nomine appellatio.

Pro intellectu istius legis præmittendum est, quod hic textus loquitur de errore circa res legatas tantum, nō autem de errore in nomine hæredis uel legatarij, uel testatoris &c. quia de his & similibus erroribus posthac dicemus. Hæc ergo lex habet decisiones trium quæstionum. Prima est, utrum error in nomine

In nomine pprio rei legatæ uitiet legatum. Exemplū, testator habebat duos fundos, Sempronianū & Cornelianum, legauit autem Tītio fundum Cornelianum, cuius fines demōstravit, quæ demonstratio non quadrabat cū fundo Corneliano, sed Semproniano, & sic appareret testatorem fensis de Semproniano, licet Cornelianum expresserit, errando in nomine proprio, Quæritur, An Sempronius debeatur, an uero error uitiet legatum.

Secunda quæstio est, utrum error in corpore rei legatae seu in rei substantia uitiet legatum, utputa, quia testator uolebat legare pratum, quod iuxta Ticinū credebat esse, & dixit, Lego pratum, quod habeo iuxta Ticinum, cūm ibi non erat pratum, sed uinea, & sic error in corpore quæro, utrum legatum ualeat.

Tertia quæstio est, utrum error in nomine appellatiuo rei legatae uitiet legatum, de hac quæstione extant exempla hic in textu uersi, quōd si quis.

Quod autem nunc attinet ad primam quæstionē, decidit textus hīc, quōd error nominis proprij non uitiet legatum, modō aliās constet de corpore ex demonstratione finium. Ratio autem istius decisionis hæc est, Quōd nomina propria sunt inuenta ad recognoscenda ea, quibus imponuntur. I. ad recognoscendas. C. de inge. & manu. si ergo ex demonstratione cōstatre potest, de qua re sensit testator, error nominis proprij uitiare non debet, per rationem. & si quis in nomine, Instit. de legatis. Item quādo constat de corpore, expressio nominis proprij censetur esse superflua. I. i. in fin. infra de dote prælegata, I. i. in fin. suprā de actio, empti. I. certum. infrā, si certum petetur. Vnde expressio nominis proprij erronea, tanquam superflua uitiare non debet, per regulam. I. Vnico, in princip. C. de rei actio. Ita colligit D. Iaso hīc, in primo nota, & hæc uerasunt in legatis, sed dubitari potest, utrum error in nomine proprio uitiet alios actus inter uiuos, uel in ultima voluntate, Bart. hīc in quarta quæstione decidit, quōd non, per iura, quæ hic in gloss. in uerbo, sed si in corpore, allegantur, & illa iura examinabimus in explicazione illius glossæ.

Gloss. in uerbo, uocabulo, præsupponit, quōd error in corpore, & error in substantia, sit idem, sed contra hoc opponit D. Iaso hīc. Immō differentia est inter errorem corporis, & errorem substantiae, per textum expressum in l. si in uenditionibus, uersi, inde quæritur, suprā de contrahenda emptione. Vbi textus ponit errorem corporis, & errorem substantiae, tanquam diuersa, dicite enim, Inde quærit, si in ipso corpore non errat, sed in substantia error sit &c. Ergo glo. malè dicit. Tu responde brevibus, Quōd nomen substantia ponit impropriē, pro quadam substanciali qualitate, sicuti patet ex exemplo in textu posito, dum dicit, utputa, si acutum pro uino ueneat &c. & ita respondeat gloss. ibi, in uerbo, in substantia,

Gloss. in uerbo, nominauerit, Ex hac gloss. secundum omnes Doctores habes regulam, ubi discordat nomen propriū à confinibus, uel ab alia rei qualitate, attenduntur potius confines ueli ei qualitas, quam nomen propriū, & est ratio secundum Paulum de Cast. hīc, quia illæ demonstrationes & qualitates reperiuntur uerae, demonstratio nominis reperitur falsa. Idem est econtra, si demonstratio nominis reperitur uera, & demonstratio finium siue qualitatē falsa, potius attenderetur demonstratio nominis proprij, quam finium, per textum expressum in l. quibus diebus & qui dotalem, infrā de conditio. & demonstrat. In dubio enim debet attendi illud, quod facit actum ualere, siue sit nominis, siue finium demonstratio. I. quoties, la. 2. & I. ubi, inf. de rebus duobus. Ita quoq; si testator rei legatae adiecit duas demonstrationes, quarum una conuenit rei legatae, alia uero attenditur illa, que facit actum ualere, textus est notabilis in l. penul. & paterfamilias, ff. de lega. 3. uide hic Bal. Paul. de Cast. Alexand. & D. Iaso. Et tantum de prima quæstione.

Quod

Quod uero ad secundam quæstionem attinet, scilicet utrum error in corpore uitiet legatum, textus hic decidit quod sic, ratio est, quod in hoc casu deest uoluntas testatoris, & sic deficit dispositio, & hanc ratione assignat text. in l. in ambiguo, infra de rebus dubijs, & textus in l. quoties, in princip. supra de hære. instituen. & in l. si me in uacuum, in princip. inf. de acqui. possess.

Gloss. in uerbo, sed si in corpore, diuiditur principaliter in duas partes, in prima declarat textum per exempla declarando, scilicet, quando dicatur error in corpore committi. In secunda, quæ est ibi, nota ergo &c. credit ad priorem regulam, de errore in nomine proprio, & adducit iura concordan. & appetet ex istis iuribus allegatis, quod gloss. in effectu ponit talem Regulam: Error in nomine proprio non uitiat, in corpore uero error uitiat, hoc uerum est. Primo in legatis, Secundo in institutione hæredum, Tertio in contractibus stricti iuris, Quartu in contractibus bona fidei, Quinto in actis iudicialibus. Quia in istis omnibus error in nomine proprio non uitiat, modo constet de corpore & de re ipsa, & quod in legatis non uitiet, est textus hic, & in l. si quotidianum. C. de legat. & si quis in nomine, Instit. de lega. l. patronus, libertus, infra de lega. 3. l. Aediculari & Argento, infra de auro & argen. lega. l. penul. inf. de rebus dubijs. Secundo quod in hæredis institutione non uitiet, est textus in l. quoties, supra de hære, instituen. & in l. si in nomine. C. de testamentis. Tertio, quod in contractibus stricti iuris non uitiet, est textus in l. si in nomine, inf. de uerbo, obliga, quia loquitur de stipulatione, quæ est contractus stricti iuris. l. quicquid astringenda, inf. de uerbo, obligatio. Quartu, quod in contractibus bona fidei non uitiet, est textus in l. in uenditionibus, uers. planè, sup. de contrahen. emptione, quia loquitur de emptione & uenditione, qui contractus est bona fidei, & actu autem. Institu. de actio. Quod in actibus iudicialibus error in nomine proprio non noceat, probatur per textum in l. si in iudicis, supra de iudicis, & in l. idem Pomponius scribit, si frumentum & cum errem, supr. de rei uendicatio. Igitur concluere cum glos. quod error nominis proprii simpliciter non nocet, modo constet de corpore.

Sed contra hoc quod dictum est de contractibus stricti iuris, uidetur facere dictum Ioan. And. in additio. ad Specu & ratione autem causæ, uers. quid si indubita, in uerbo, decretorum, in tit. de rescripti praesenta. Vbi dicit, si quis impetraverit rescriptum super quadam ecclesia, de cuius corpore constat, & errauit in nomine proprio presbyteri tenentis eam, rescriptum esse uitiatum; Cum tamen rescriptum sit stricti iuris. c. significante, de rescriptis. Tu secundum Iasonem hic omis. superfluis breuibus responde, Quod rescripta impetrata ad præbendas, de quibus loquitur Ioan. And. sunt ambitiosa, & ex hac causa restringenda per textum expressum in c. quamvis, el. 1. in principio, de præbendis, in 6. D. Iaso hic colligit quatuor notabilia ex hac glo. quæ poteris uidere; & tantum de secunda quæstione huius textus. Quod uero attinet ad tertiam quæstionem, scilicet, utrum error in nomine appellatiuū uitiet, Distingue: Aut quæris de nominibus adiectiuis, quæ quoq; dicuntur nomina appellatiua, & in his error non uitiat, ut legando Stichum albū, cum sit niger, secundum Bal. hic, quia illa adiectiua non continent substantiam, sed sunt accidentia. Aut quæris de nominibus appellatiuis substantiis, ut de his, quæ in Dialectica loco generū & specierum sunt, ut homo, bos, asinus, uestis &c. & in his error uitiat per textum nostrum hic, & concordat in effectu text. in l. in ambiguo, infra de rebus dubijs, & l. Labeo, in fin. infra de supellect. lega. de quibus hic in gloss. in uerbo, non deberi. Et huius decisionis secundum Iaso, hic in 3. notab. possunt allegari quinque rationes. Prima est, quod nomina appellatiua imposita sunt rebus à natura uel iure gentium

Iure gentium, secundum Bald. hic, & in d. l. quoties, infra de hære, instituen. Ideo sunt immutabilia, & error in eis nocivus: & hanc rationem assignat textus hic. Quod error in nomine appellatio præsupponit summam stultitiam, sicuti, quando quis errat in nomine suo proprio, in quo nemo sanæ mentis errare præsumitur. Ideo talis error actibus hominum accommodari non potest, & est intolerabilis error. I. fin. in princip. C. de hære, instituen. & notat Bald. in d. l. quoties, in fin. & habetur hæc ratio hic in textu, in uerbo, stultitia. Tertia ratio est, Quando testator errat in nomine appellatio, deficit uoluntas in eo quod expressit. In eo autem ubi adfuit uoluntas, deficit dispositio & scriptura, d. l. quoties, & per consequens, significatio uocis nullo modo potest trahi ad ea, quæ sunt in mente retenta, propositum enim in mente retentum nihil operatur. I. si repetendi. C. de condic. ob causam: & hanc rationem assignat textus in d. l. quoties, suprà de hæredi, instituen. Quarta ratio est, quod nomen appellatiuum impositum à natura uel iure gentium, importat propriam substantiam cuiuscunque rei. Ideo ius corruptio per errorem inducit corruptionem formæ substantialis. Quod enim est in intellectu, non potest sensu percipi: & hanc rationem assignat Baldus in d. l. si in nomine. C. de testamentis. Quinta ratio est, Quod res non potest carere nomine appellatio, quin careat esse &c. & hanc rationem assignat Baldus in d. l. si Fortidianum. C. de legat. i. & has rationes sequitur hic dominus Iaso.

Glossa in uerbo, non deberi, diuiditur in duas partes: In prima ponit iuria concordantia, In secunda opponit contratextum. Immo error in nomine appellatio non uitiat. Quia diuersa chartæ & libri, & tamē si quis chartas legauit, censemur quoque libros legasse, nec uitiat error in nomine appellatio, per textum in l. librorum & quod tamen, infra delegat. 3. gloss. ibi soluit, quando ratione consuetudinis alicuius loci expressio unius appellatiui potest adaptari ad aliud, tunc error non uitiat, & dicit Bartolus hic in d. l. librorum, ideo errorem non uitare, quia sit conformitas nominum appellatiuorum. Idem tenent alij Doctores hic, ut Bartolus in l. quæstum, infra eo. & idem in effectu tenet glossa in d. & si in nomine, in uerbo, intelligantur, Institut. de lega. Et sic colligitur ex solutione Barto. limitatio ad textum nostrum, quod scilicet error in nomine appellatio non uitiet, quando est proximitas seu in nominibus, sicuti in chartis & libris. Sed contra illam solutionem & limitationem Bartoli & communè opponit dominus Iaso hic, post Petrum de Rex, hoc modo: Immo adhuc error in nomine appellatio uitiat etiam, quando est conformitas nominum: hoc probatur, quia uestis quoque habet magnam conformitatem cum supellecili, quia dubitatum est, an appellatione supellecili uitietur uestis. I. infra de supellecili legata, & tamen illa conformitate non obstante uitiat legatum, si supellecili legatur pro ueste, per textum nostrum hic. Item impugnatur illa communis solutio & limitatio per ipsum textum in d. l. librorum. Quia ibi habetur, si quis legat chartas puras, non debentur libri, & econtra, nisi aliunde constet de uoluntate testatoris &c. Ergo conformitas rerum non attenditur hoc casu, alioqui textus ibi non adderet hanc particulam, nisi nos urserit uoluntas &c. si sola conformitas sufficeret. Ideo ipse alio modo respondeat ad hoc contrarium, quod textus in d. l. librorum & quod tamen, non fundat se super proximitate seu conformitate, sed super demonstrata testatoris uoluntate, quæ demonstrata uoluntas colligitur ex tribus. Primum quod testator, qui uniuersas chartas legauit, non habebat alias chartas quam libros. Secundo, quod studiosus legabat studio chartas. Tertio, quod usus loquendi plurimum cōcurrebat, quia pleriq; solent libros chartas

appellare, sicuti ex textu appetat. Ergo ille textus, ut supra diximus, est omnino contra solutionem Bart. quia conformitas nominum non fuisset attenata, si illa non concurrisset. Et ultra illam impugnationem solutionis & imitationis Bart. addit D. Iaso hic aliam impugnationem, probando, quod non obstante conformitate nominum, adhuc error in nomine appellatiuo uitiet actum. Nam tutor & curator habent magnam conformitatem, quia appellatione cursoris uenit tutor, saltem largo sumpto uocabulo & hæc omnia, iuncta glossa, in uerbo, ad curationem, in Authentico, ut hi qui obligatas se habere perhibent &c. & Authentica minoris, iuncta glossa, in uerbo, a curatione. C. qui dare tutores possint, & econtra appellatione cursoris uenit curator, per textum in l. pater Seuerinam. & conditionum, inf. de conditio. & demonstratio. Et tum si is, qui filio impuberi in testamento debet dare tutorem, dicit in testamento, Do filio meo cursorum, errans in nomine appellatiuo, iste error ita uitiat dationem, quod etiam si ille datus cursor bona fide administraverit bona impuberis, nihil ualeat, ad quod administravit, per textum in l. tutores. & cursor, supra de administra, tuto. Ergo conformitas nominum non impedire, quo minus actus uitietur propter errorem. d. & Cursor. Sed Barto, in d. l. tutores, respondet ad hoc, quod ibi datum cursoris idem uita, quia cursoris officium maius est, quam cursoris, cum tutor datur principaliter personæ pupilli, & in consequentiâ tantum rebus, Cursor autem datur principaliter rebus, & in consequentiâ personæ minoris. l. in copulandis. C. de nuptijs. Ergo nomen tutor, quod est plus, potest capi pro cursori, quod est minus, non autem econtra: & istam solutionem sequitur Paulus de Castro, in d. l. pater Seuerinam & conditionis natura, & hæc responsio Bart, ad d. l. tutores, forte ualere potest, adhuc tamen non est responsum primæ oppugnationi, & illam quis sequi potest propter iura citata eam adducta, contra communem solutionem;

Glo. in uerbo, uocabula, diuiditur in tres partes, in prima de claratextum, In secunda, quæ est in uer. nisi hoc, ponit fallentiam. In tercia, quæ est ibi, uel nisi, ponit aliam fallentiam. Sed hæc glo, secundum Barto, & doctores in prima & secunda parte sibi contradicit: Quia in prima parte dicit glossa, si testator legat equum, cum senserit, licet constet quod de mulo senserit, tamen non ualere legatum per iura in glossa, allega. Et in secunda parte uult glossa, ualere legatum, si inter testatorem & legatarium actum sit, si equum leget, quod mulus debeatur, hæc pugnant inter se. Bartolus hic pro declaratione glossa, distinguit hoc modo: Aut constat testatorem errasse in nomine appellatiuo tacite, propter aliqua certa indicia, puta, quia coram quibusdam testibus dixit se uelle legare mulum, & tamen legauit equum, tum legatum uitiatur, quia prima uerba coram testibus prolatæ, sunt tantum uerba enunciatiua nihil disponentia. Aut expressè constat testatorem uoluisse nominare equum pro mulo, & sic præmisit protestationem, qua disponit &c. tunc ualeat legatum illius rei, quam protestatus est uelle legare. Et sic uult Bartolus, si quis protestatur, quod aliud exprimitur, contra naturam uocabuli, & aliud sentit, quod protestatio tamen possit operari, ut ualeat, de quo sensit, & Bartolus & communiter Doctores hic sequuntur. Idem decidit lo. ap. de Imola in l. quoties, supra de hæred. instituen. & in l. 1. Hoc autem, infra ad Trebellia, Paul. de Castro, in l. quæ extrinsecus, uer. Item, si constaret, infra de uerbo, obligat. Sed contra hoc opponit Alexander de Imol. Immo protestatio expressè præcedens, hoc non potest operari, ut debeatur mulus, quando est equus legatus. Hoc primò probat per decisionem Bartol, qui in hoc est sibi ipsi contrarius in l. si is, qui pro emptore, mihi

mihi in o. colum, in prima quæst. principia uers. sed circa hoc dubitatur, in uerbo, sed si homo, infrâ de usucapio. Quia Barto, ibi in effectu hoc uult, quod homo non potest facere, quod dicendo bouem intelligatur de equo, uel de mulo. Rerum enim uocabula immutabilia sunt, per textum nostrum, & homo fictionem sine auctoritate legis inducere non potest. I. si forte, infrâ de castrensi pecu:

Secundò mouetur per gloss. singularem & notabilem in §. In hac re, in uerbo, Quibuscumque, Institut. de uerbo, obliga. Vbi habetur, si actum est inter me & te expresse, quod dicendo a intelligatur, promittis, & dicendo b intelligatur promitto, & queritur, si hoc modo contrahitur, an sit stipulatio, & decidit gloss. quod non, non obstante illa protestatione, quia in hominum potestate non est efficere, quod litera a significet promittis, & litera b promitto. Igitur hæc glossa nostra cum declaratione Barto, & Doctori, non potest procedere, & dicit Alex. quod Nico. de Nea, hoc quoque reprehenderit, per textum nostrum &c.

Tertiò opponitur textus contra gloss. & Bart. textus in I. planè §. si eadem, infrâ eo. Vbi habetur, si testator in eodem testamento legat sæpius eandem rem, ut sæpius dicendo, Lego Titio domum. Vel sæpius dicendo, Lego Titio centum aureos, hoc legatum tamen semel debetur, nisi euidentissimis probationibus ostendatur testatore in sæpius uoluisse legare, & tamen repetita testatoris eiusdem rei expressio uidet in se continere expressam protestationem, & hæc oppositio est Aretini.

Sed istis non obstantibus, defendi potest secunda pars gloss. nostræ, & quoque declaratio Barto. Nam hoc est indubitatè uerum, si res quæ legari debet, est præsens, & testator eam dígito demonstrat, sub alio tamen nomine appellatio, ut dicendo, hunc equum tibi lego, cùm bos sit præsens, quem etiam demonstrat, ualeat legatum, non obstante errore, per gloss. nota, in I. quæ extrinsecus § sed & si in rei, in uerbo, Appellatione, & quæ ibi notantur infrâ de uerborum obligat. quæ gloss. secundum Angel. & Ioan. de Imola in I. si ita stipulatus fuero, in principio, infrâ de uerborum obliga. & quoque alijs Doctores, quos recenset dominus Iaso hic, uers. ultimo, in quantum est singularis, & alibi non reperitur in iure, & allegantur quoque ad hoc alia iura, ut I. certum, in uerbo. An dígito ostenditur, suprà, si certum petatur, & I. nemo, in principi, suprà de hæred. instituen. iuncta I. iubemus. C. de testam. quæ tamen iura nihil faciunt, quia loquuntur de errore in nomine proprio, de quo hic non disputamus, sed tamen allegata gloss. per Doctores hic approbatur, ut per Bartolum, Ange. Ioan. & Alexan. de Imo, & per Dominum Iasonem, & per Ange. & Ioan. de Imo, in I. ita stipulatus fui. ero hanc summam, in principi, de uerbo. obliga. Angelus in I. quoties, in principi. infrâ de hæredibus instituen. & sic decidit gloss. approbata, quod tantum operatur res in præsentia demonstrata dígito, quod operatur uoluntas uerbis facta. Ergo idem dicendum est, si testator expressè protestatur & disponit, si equum legauerit, quod mulus debeatur. Cum non possit esse diuersitas inter demonstrationem ad oculum, & huiusmodi expressam dispositionem. Nec obstant huic decisioni fundamenta suprà in contrarium adducta, & primò nihil facit dictum Barto. in d. I. si is qui pro emptore. Quia si ponderatur Bartolus, apparet, quod ibi loquitur in terminis primæ partis gloss. ratione scilicet, quando non ex protestatione aliqua uel dispositione, sed ex alijs indicijs constat, testatorem de alio sensisse, quam quod expressit, quia non loquitur de quadam expressa dispositione, igitur concordat, & per consequens nihil facit regula allegata, quæ habet, quod ho-

mo non potest inducere fictionem sine auctoritate legis &c. Quia hoc uerum est in fictione inductiva, ut quando quid fingitur, quod in rerum natura non est, sicuti cum ius postliminij fingit captum ab hostibus reuersum, nunquam fuisse captum, uel quando lex Cornelia fingit eum, qui in captiuitate mortuus est, prima hora captiuitatis mortuum esse, de quo in §. Si ab hostibus. Institut, quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, & copiosè per Bartolum in d. l. si is qui pro emptore, in tertia quæstione princip. Sed de hac fictione nos hic non loquimur, sed potius de fictione declarativa, quæ retro trahitur, & est impropriè fictio. I. sed & si quis stipulat. §. quid ergo, cum lege sequenti, & quæ ibi notat Baldus suprà de usufruct.

Secundò non obstat glossa in d. § in hac re. Institut, de uerborum obligat. Quia loquitur in stipulatione, quæ pro forma requirit expressionem uerborum, nec constat solo consensu, sed consensu & uerbis simul, secundum gloss. I. non figura, in uerbo, Vocibus, cum similibus, infrà de actionibus & obligationibus. Hic autem loquimur in legatis, in quibus attendimus consensum & uoluntatem, I. Cum quæstio, in fin. C. de testamentis, I. in conditionibus primum locum, in principio, infrà de conditionibus & demonstrationibus.

Tertiò non obstat d. l. planè, quia ad hoc respondet dominus Iaso hic, Tu responde breuibus, & primò, Quòd repetitio non est protestatio. Secundò habetur ibidem, quòd species saepius legata simpliciter, tantum semel debetur, quantitas uero saepius legata quoque tamen semel debeatur, nisi euidentissimis probationibus aliud ostendatur; hoc non pugnat cum glossa Bartoli defendi potest. Quòd autem gloss. in secunda parte fundat se super eo, quòd nutu legatum relinqui possit, allegando I. nutu, infrà de lega. 3. Tu intellige uerum esse, quando testator qui prius articulatè loquebatur, nunc propter infirmitatem non potest articulatè loqui. Quia is potest nutu legari. Secus, si naturaliter loqui non potest, ut mutus, uel nisi tempore legati articulatè loqui posset, his enim duobus casibus nutu legatum relinqui non potest. Prima limitatio habetur in d. l. nutu, iuncta gloss. ibi. Secunda limitatio est Bart. ibi, quam refert & sequitur hic dominus Iaso, qui allegat ad hoc Iacob. Butrig. & Salyce; in l. exempla, C. de fideicommissis.

Gloss. in uerbo, hominum diuiditur secundum Doctores hic in quatuor partes. In prima declarat textum hic, quid scilicet uelit textus, in uerbo, hominum uocabula. In secunda parte, quæ est ibi, econtrà assignat rationem dñe adiectiuis formam aliam quæstionum. In tertia, quæ est ibi, & facit, alleget iura concordantia. Exprimit ergo gloss. in prima parte clausulam, hominum uocabula, duobus modis. Prima expositio est, quòd clausula, hominum uocabula, significet uocabula, que ab hominibus ipsis rebus imponuntur, ut cùm dico, fundus Cornelianus, fundus Sempronianus &c. per iura hic in gloss. alle. quia illa subinde mutari possunt, saltem mutatis possessoriis; & hæc expositio uera est, & quoque per Doctores approbata.

Secunda expositio est, hominum uocabula, id est, quibus homines nuncupantur, ut Lucius, Titius, & hæc expositio in se quidem uera est, non tamen congruit textui nostro, secundum Bartolum & Alexan. de Imo. hic. Secunda pars gloss. est facilis, reliqua duæ partes quoq; sunt faciles.

Tu pro intellectu totius materiae hoc modo distingue: Aut erratur in nomine

mine personarum disponentium, ut scilicet in nomine testatoris, hæredis, legatarij, uel etiam contrahentium, & error uitiat. l. finali. C. de hære, institu. Aut erratur in nomine alicuius rei, & dic: Aut erratur in syllaba alicuius nominis proprij, siue in toto nomine proprio, siue in nomine patriæ, siue in nomine Parrochiae alicuius, siue in nomine confinium, & error non uitiat actum, neque inter uiuos, neque in ultimis uoluntatibus, neque in iudicibus, neque extra iudicitalibus, modò de corpore constet: & in hoc casu loquitur principium textus, & l. si Fortidia. C. de legatis. l. qui habebat, infra de manumiss. testamen. l. his uerbis. § fina, & l. quoties, suprà de hære, instituen. l. patronus & Sempronio, & § libertis, infra, de lega, 3. l. si in nomine, suprà de uerbo, obliga. l. in uenditionibus § planè, suprà de contra-henda emptione, l. si in iudice, suprà de iudicij. l. Idem Pomponius scribit, si frumentum. § Cùm in rem, suprà de rei uendica. Aut erratur in corpore, siue in substâlia rei legatae, & uitiat error; ita loquitur textus noster hic, uers. sed si in corpore, & d. l. quoties, in princip. suprà de hære, institu. Aut in nomine appellatiuo rei, & dic: Aut errat in nomine appellatiuo adiectiuo, utputa dicendo bouē nigrum, cùm sit albus, & non uitiat error, modò alioqui constet de corpore l. si in rem, suprà de rei uendica, & glo. hic, in uerbo, hominum, uers. sed quid de adiectiuis. Aut erratur in nominibus appellatiuis substantiuis, & dic: Aut erratur in nomine officij, & non nocet error, si alios qui constat de corpore, per iura suprà allegata, de nomine proprio allegata. Aut erratur in nominibus substantiuis rerum, ut dicendo uaccam pro boue, & distingue: Aut est quædam conformitas nominum, & non temerè uitiat error, secundum Bart. Alex. & alios, qui allegant ad hoc l. librorum § quod tamen, inf. de lega. 3. Aut non est conformitas nominum, & dic: Aut de consuetudine loci sumitur unum nomen substantiuum pro alio, & non uitiat error, d. l. librorum § quod tamen, uers. nam & usu. l. Labeo. § nec mirum, & § uerum, infra de supellectili lega. Aut non est consuetudo loci, & dic: Aut testator siue contrahentes ante actum expressè protestati sunt, si scilicet dicat de uno, intelligatur de alio appellatiuo, & tunc error quoq; non uitiat: & ita loquitur gloss. hic, in uerbo, uocabula, in secunda parte. Aut nō sunt expressè protestati, & tunc: Aut testator nominando bouem demonstrat asinum, & facit protestatio, quod error nominis appellatiui quoq; non uitiat, per glos. in l. quæ extrinsecus § sed etsi in rei, in uerbo, appellatione, & quæ ibi notantur cum similibus, infra, de uerbo, obliga. Alioqui si nihil prædictorum subest, uitiat error nominis appellatiui, per textum nostrum hic, in uer. quod si quis, cum similibus.

§. Si quis instituerit.

Qvia summarium hic disponit de distributiuis. Tu pro intellectu summarij & textus, dic brevibus, distributiua esse duplicita. Quædam enim dicuntur distributiua simplicita, quædam uero distributiua duplicita. Distributiua simplicita dicuntur, que mediante uno uerbo absoluunt orationem perfectam, sicuti est dictio, quilibet. Perfecta enim est oratio, si testator dicit, quilibet hæredum meorum det Titio centum. Distributiua uero duplicita dicuntur, quæ mediante uno uerbo, non absoluunt orationem perfectam, qualia sunt dictiones, Quisquis, Si quis, & Quicunq; quia perfecta oratio nō est, si quis dicit, Quisquis mihi hæres erit &c; sed requiritur, quod aliud uero, sed quare, suprà de hæredibus instituen. quæ doctrina Bart. communiter approbatur, & præsertim per Paulum de Cast. & D. Iasonem hic. Nunc ad propositum.

D. MELCHIOR KLING,
S V M M A R I V S.

Distributium duplex, id est, ad perfectionem orationis requiri duo uerba, sicuti distribuit actum primi uerbi, ita quoque distinguit actum secundi uerbi, hoc dicit secundum Bal. Pau. de Cast. Alex. de Imo. & D. Iason hic. Hoc summarium tantum dicit, si quis dicit in testamento, Quisquis mihi haeres erit Gallicanarum rerum, det Titio centum, &c. Haec dictio Quisquis, sicuti distribuit institutionem haeredum, ita quoque eo modo distribuit legatum.

C A S V S.

Quidam testator habens bona Italica & Gallica, condidit testamentum, & in eo instituit plures haeredes, & addit in testamento hanc clausulam: Quisquis mihi haeres erit in bonis Gallicis, det Sempronio decem, Quaritur, utrum omnes haeredes, qui res Gallicanas acquirunt, dent simul tantum decem, An uero quilibet eorum teneatur dare decem, Et decidit texus hic, quod omnes haeredes simul teneantur tantum decem, Ratio decidendi est, quod testator presumit pro ea parte grauasse, pro qua honorauit, hoc est, quatenus quemlibet instituit haeredem, & sic honorauit, eatenus quoque censetur eum legatis grauasse: & haec ratio habetur hic in textu, dum dicit, Quoniam ad omnes eos res Gallicanæ pertinent, concordat l. ab omnibus, infra eod. 1. si pluribus, infra de lega. 2. hoc fallit, si res Gallicanæ in testamento unius haeredum essent assignatae. l. ex facto, supra de haeredibus institutis, & per hoc quoque est absoluta glossa, hic, in uerbo, ab omnibus;

Sed contra hanc decisionem opponit Bart. hic: Imo uidetur, quod quilibet haeredum teneatur dare decem, nec omnes liberentur una summa decem, per tex. in l. quifiliabus & si quis ita legauerit, infra eo. Bar. respondet ibi, distributium actus primi uerbi, attribuit cuilibet in solidum: Dixit enim, si quafilia mihi nascetur, & nativitas cuiuslibet est in solidum, ideo actum secundi uerbi attribuit cuilibet in solidum, quod hic non est: & haec solutio approbatur per Paul. de Castro, & D. Iasonem hic. Et sic poteris colligere Regulam generalem: Qua ratione distributium duplicatur circa actum primi uerbi, eadem ratione distribuit quoque circa actum secundi uerbi, hoc est, si distribuit pro parte circa actum primi uerbi, distribuit quoque pro parte circa actum secundi. Et econtra, si circa actum primi uerbi distribuit in solidum, circa actum secundi uerbi, quoque in solidum distribuit. Alia solutio, In l. nostra distributium interest haeredibus, hoc est grauatis, sed in l. contraria, interest legatariis, hoc est honoratis;

L. Serui electione.

S V M M A R I V S;

In ultimis uoluntatibus non possumus in electionibus uariare, hoc dicit secundum Bar. Paul. de Castro. & Alex. de Imo. Vel sic: Electio semel facta, non potest iterato fieri. Vel sic, qui semel elegit, totum ius eligendi consumpsit, hoc dicit secundum Bal. Vel sic secundum Iasonem, in ultimis uoluntatibus electio est inuariabilis,

C A S V S.

Quidam habebat plures seruos, & condidit testamentum, in quo legauit Titio uniuersus ex seruis suis, addens, quod ipse Titius legatarius inter omnes seruos debeat habere electionem, testatore mortuo, Titius semel elegit seruum, & tamen

& tamen postea poenituit eum istius electionis, propterea uolebat à prima electione discedere, & alium eligere. Querebatur, an posset; & decidit textus simpliciter, quod non ratio decidendi est, quod in ultimis uoluntatibus electio semel facta, trahit secum executionem, eligens enim statim efficitur dominus rei legata electæ, ergo dominio semel acquisito in re aliqua, amplius uiri non potest. Hæc ratio habetur in l. apud Aufidum, infra de optione legata, sicuti quoq[ue] in alijs casibus post executionem factam à iure uel ab homine, non potest mora purgari. l. qui ob rem non defensam, suprà de condi, indebiti. l. si is cui, infra de lega. 2. secundum Paul, de Castro, D. Iasonem, sed tamen de hac ratione posthac dicemus:

Glossa in uerbo, possumus, diuiditur in quatuor partes: In prima allegat duas leges concordantes, quarum prima omnino concordat. Altera non loquitur de electione rerum legatarum, sed de electione actionum siue remedium, id est glossa, cum mysterio allegat illam legem in Arg. In secunda, quæ est ibi, & hoc remouet contrarium de l. 2. infra de optione legata, quod inducum est per Bart, hic, & sic ponit hæc particula limitationem ad textum nostrum. In tertia, quæ est ibi, ad quod plura sunt necessaria, enumerat sex requisita ad hoc, ut electio ualeat. In quarta, quæ est ibi, sed arg. contraria opposit contra textum. Prima pars glossa, per se patet. In secunda, ut diximus, habetur limitatio ad textum nostrum, quod scilicet legatarius tum eligendo uariare non possit, quando prima electio fuit ualida, secus si fuit invalida prima electio, quia tum habet locum uariatio, & potest legatarius de novo eligere, per d. l. 2. infra de optione legata. Ex qua glossa poterit colligi regula, quod actus nullus non impedit repetitionem eiusdem actus, ad quod concordat textus in l. qui per salutem, in fin. suprà de iure iurant. Et hoc declaratur per multos actus, Quia electio nulla non est electio, nec habet nomen electionis, ideoque non perimit facultatem eligendi de nouo, sicuti quoque sententia nulla non dicitur esse sententia, nec perimit iurisdictionem iudicis ordinarij, de hoc est textus in l. quarta & condemnatum, infra, de re iudica. & facit ad hoc, quod notat Bald. in c. constitutus, de transactio. sed prædicta procedunt in his, quæ fiunt ab aliquo iure proprio, tum si actus est nullus, admittitur reiteratio & repetitio, secus si facit iure alieno, unde iudex ordinarius, qui iurisdictionem habet iure proprio, si semel iudicauit, & nulliter potest denuo iudicare. l. absentē, infra de poenis. l. si ut proponebis, & l. si præses. C. quomodo & quando iudex. Secus est in iudice delegato, qui non habet iurisdictionem iure proprio. Ideo si semel iudicat, siue bene siue male iudicauerit, functus est suo officio, quod amplius iudicare non potest, per ea quæ notantur per glossa, & Doctores, in l. iudex postquam, infra de re iudicata. Vide D. Iaso, hic.

Glossa in 3. parte enumerat sex requisita, quæ sunt necessaria, ad hoc, ut electio semel facta sit ualida. Primum est, quod is qui electus est, sit de seruis testatoris, & non alienus, d. l. 2. infra de optione lega, si tamen testator nullum seruum haberet, posset extraneos eligere, ut detur aestimatio. l. Titia. & Semproniae, inf. de au. & ar. lega. Secundum, quod omnes serui testatoris sint exhibiti, quia sine exhibitione non posset deliberare. l. 3. & 4. inf. de optione lega. Tertio quod haereditas sit adita. l. Julianus, inf. eo. & l. optione, inf. de optione lega, quia testamentum non ualeat, nisi haereditas sit adita. Insit, de haere, quæ ab intesta, def. in princip. cum multis similibus. Quartum, quod eligens tempore electionis sit maior. l. Ait prætor. & sed etsi haereditatem, suprà de minoribus, l. pupillus, suprà de acquiren, haere. Quinto requiritur actus electionis, hoc est, quod dicat, eligo, & non uolo eligere. Sex-

tō, quōd eligens sit sui iuris, d. I. Julianus, inf. eo, & est ratio, quia in electio-
ne agens debet esse liberum & expeditum, sed constitutus sub aliena potesta-
te, non est agens, ut habetur ff. & Insti, de his, quisunt sui uel alie, iuris, Ergo
non potest eligere. Sed ultra illa sex requisita gloss. & Bar. D. Iaso addit duo
alia requisita. Primum est, quōd electio fiat in tempore, l. unum ex familia,
in princip. & l. cūm pater & filia, & quæ ibi notat Bart. inf. de lega. 2. sed
hoc requisitum non pertinet ad nostrum propositum, quia nos hic tractamus
quando eligitur res legata, dicta autem iura loquuntur, quando eligitur per-
sona, ad quam pertinet fideicommissum. Secundum est, quōd electio fiat
in ipsa forma à testatore data. l. si tibi, & unius, & ibi Bar. inf. de optione lega.

Nunc uideamus, utrum sex requisita gloss. sint uera, & quod attinet ad pri-
mum & sextum, non opus est multa disputare, quia illa non uocātur in dubi-
um. Secundum uero, quod habet de exhibitione totius familie, impugnari
potest. Nam opponitur textus in l. si is cui, inf. de lega. 2. Vbi habetur, quōd
legatarius quoq; habebat electionem, & tamen familia seruorum non solum
non fuit exhibita, smō ipse legatarius ignorans sibi electionem competere,
uendicat unum seruum ignoranter, & dicit textus, quōd eligendo sibi præ-
iudicauerit, adeò quōd amplius non posset uendere, & hinc Bald. in c. fina.
in l. colum. de ferijs, reputat ad hoc singul. Bart. in d. l. si is cui, soluit, &
distinguit hoc modo: Aut electio serui relinquitur simpliciter, & in genes-
re, ut in terminis l. nostræ, & tunc requiritur exhibitione totius familie, ad hoc,
ut electio ualeat. Aut electio legatur alternatiuè, dicendo, Lego Titio Sti-
chum, aut Pamphilum, quem ipse elegerit, & tunc electione semel facta, am-
plius uariari non potest. Et in hoc casu loquitur l. contraria. Et est ratio,
quia in alternatiuis utruncq; est in obligatione, & utruncq; potest peti, nec o-
pus est declarare animum per electionem, sed statim adita hereditate, potest
actio institui, & unus ex alternatiuè relictis cum effectu peti, l. planè. & si
ita Titio, inf. eod. Sed in legato in genere relicht pluribus seruis existentib.
nullus potest cum effectu peti, quasi sit in obligatione, sed necesse est, quōd
primum præcedat electio, qua facta, electus est in obligatione & petitione.
Ergo si in terminis d. l. si is cui, legatarius non elegit, sicuti eligere non te-
netur, sed unum ex seruis uendicauit, si errauit in uendicatione, quæ est for-
tior quām electio, non potest ita uariare, sicut in electione uariatur. Et hanc
solutionem in effectu tenet Paul. de Castro, Rapha. Cum. & Alex. de Imo;
hic. Sed quidā Moderni aliter respōdent ad l. si is cui, quōd scilicet legatarius
ibi non manserit in terminis nūdæ electionis, sed quōd traditio quoq; fuerit
secuta, quæ licet fiat ex causa errore, nihilominus tamen transferat domi-
nium. l. 3 & subtilius, in fi. suprà de condic. causa data non secuta. Igitur in
d. l. si is cui, traditio transtulit secum executionem cum effectu, quia fuit do-
minium translatum, & ita consumpsit electionem, quōd uariatio amplius nō
admittitur, d. l. apud Ausfidium, in fin. infrā de opt. lega. Secus, si facta es-
set simplex electio uerbalis, non facta exhibitione omnium seruorum, tum
non ualeret. Et ita loquitur secundum ipsos, l. quarta, inf. de opt. lega. Sed
hæc solutio Modernorum impugnatur hic per D. Iaso, & benè. Quia in d.
l. si is cui, in prima parte, quæ in contrarium allegata est, nulla fitmentio tra-
ditionis, sed tantum uendicationis. Igitur est diuinatio, quicquid dicitur de
traditione. Traditione enim facti est, & non iuris. l. consilio & si. suprà de cura;
furiosi. Et facta non præsumuntur nisi probentur, ut notatur in l. in bello &
factæ, infrā de capt. & postl. reuersi. Ergo illa traditio quoque non potest
præsumi.

Et esto, quōd constet traditionem in terminis l. contrariæ interuenisse, si-
cut tamen non constat, adhuc tamen nihil faceret, quia facta esset ex causa er-
ronea,

rōneā, quæ licet transferat dominium. d. § subtilius. Tamen tale dominium reuocabile est per conditionem indebiti, uel ob causam, uel sine causa, per ea quæ notantur in d. § subtilius.

Tenenda est igitur solutio Bart. suprà relata, quia est communis, & non diuinat. Et sic habes unam limitationem ad hoc secundum requisitum de exhibitione, quod scilicet procedit, quando electio legata est simpliciter & in generi, secus si alternatiū, tunc enim non requiritur exhibitio familie. d. l. si is cui, infrā de legat. 2. Secundō limitatur hoc requisitum, quando legatarius post electionem semel factam, sciuit plures seruos testatoris extare, qui exhibiti non erant, & tamen suam electionem ratam habet, nam tunc electio est consumpta, & ualeat prima, ita decidit Bal. in l. fin. § sed & si quis, uer, sed posse. C. communia de le. quem sequitur hic Alex. de Imo, & allegat ad hoc textum in l. si is qui Stichum, sup: de procura.

Tertium requisitum, scilicet, quod ad hoc, ut electio ualeat, requiritur, quod hæreditas sit adita, non habet impugnationem. Quia ratio per Bart, al. legata fortis est, quod scilicet testamentum non ualeat, nisi hæreditas sit adita, nec etiam debentur legata ante aditam hæreditatem. l. eam quam §. Tunc enim. C. de fideicommiss. l. si nemo, suprà de testa, tute, & l. si nemo, infrā de regu, iuris. Igitur quoq: non potest eligi ante aditam hæreditatem, & si elec-
tio facta est, utiq: inualida est, quoniā electū est, quod nō debebatur. Et licet Raphael Cu, hic hoc requisitum limitet, quod nō procedat in legato alterna-
tiuo: quia in eo, ut ipse uult, ualeat electio, ante aditā hæreditatē, allegat ad hoc text. in l. si usufructus, inf. quando dies lega, ce. Et allegat Alex. de Imo. in ar.
d. l. si is cui, infrā de lega. 2. sed illa iura non probant illā limitationem, & ratio Bar. suprà allegata, non minus procedit in legato alternatiuo quām simplici,
quia licet eius dies quo ad transmissionem ad hæredes, tamen non cessit, quo
ad petitionem & electionem, nec potest hoc ex dictis turibus colligi, sicut a-
pertè patet, & quoq: D. Iaso hic concludit, nec habet dubium.

Circa quartum requisitum, quod habet de maiori aetate, distingue: Aut is qui elegit, nondum est natus annos quatuordecim, sed tempore electionis fuit impubes, & electio est inualida, & ita loquitur d. l. si pupillus, suprà de acquiren, hæ. Aut eligen tempore electionis fuit maior annis quatuorde-
cim, nondum tamen natus annos 25. & ualeat quidem electio, sitamen in ea Iesus est, succurritur ei per restitutionem in integrum: & ita loquitur tex-
tus in l. Et si sine, in princip. suprà de mor, & ita in effectu distinguit Bart.
Alex. de Imola, & dominus Iaso hic.

Quintum requisitum, scilicet cūm dicit, Volo eligete &c, examinabimus infrā, ut seruemus ordinem Bart. Sextum requisitum non habet dubium.

Gloss. in quarta parte, quæ est ibi, sed arg. opponit contra textum. Imo uia detur, quod in huiusmodi obligationibus alternatiuis quis saepius possit pro arbitrio euitare uoluntatem, per text. expressum in l. eū qui certorū. § Cūm purè, infrā de uerbo, obliga. Bart. hic respondet ad hoc contrarium, Quod aliud sit in contractibus, ubi post electionem licet uariare, & in hoc casu lo-
quitur l. contraria, & aliud in ultimis uoluntatibus, in quibus post electio-
nem non licet uariare, ut l. nostra, & Bar. sequunt Bal. Paul. de Cast. Alex;
de Imo. & D. Iaso hic, & communiter doctores. Et ponit Bart. rationem di-
uersitatis, quod electio facta post aditam hæreditatem, statim trahit secum ex-
ecutionem, hoc est, quod is, qui elegit, statim fit dominus rei legatae electe. Igi-
tur amplius non admittitur uariatio d. l. apud Aufidium, infrā de optione le-
ga, & est gloss. in l. huiusmodi § Stichum, in uerbo, non poterit, & quæ ibi
notantur infrā eod. & gloss. in l. statu liberum, in uerbo, non poterit, infrā
de lega, 2. & gloss. in l. si quis stipulatus sit Stichum, in princip, in uerbo,

quem

quem uolui, infrā de uerbo, obliga. Secus in contractibus, in quibus sine traditione non transfertur dominium, sed datur actio personalis ex stipulatu, uel similis, secundum naturam cōtractus &c. Et hæc ratio omissis superfluis, confirmatur à simili. Nam licet sententia interlocutoria possit quandocunq; reuocari per eum quītulit. I. quod iussit, inf. de re iudica. Tamen quando secum traxit executionem, non potest amplius reuocari, gloss. est nota. & ap- proba. & quæ ibi notat Bart. in l. 1 § fin. infrā de præto. stipula. Ergò idem in ultimis uoluntatibus, in quibus quoq; est executio. Et ex hac ratione Bart. colligit D. Iaso hic duo notabilita. Primum est, si quis Ecclesiæ uel ciuitati uenderet uel donaret inter uiuos illam uel illam rem alternatiuē, & fieret elec- tio, quod postea non admitteretur uariatio, quia ipso iure & sine traditione statim post contractum transfertur dominium in Ecclesiam uel ciuitatem, per textum in l. fi. C. de sacrosanc. Eccle. Secundum est, si Stichus seruuus tuus esset apud me, puta ex causa commodati, & tu promitteres mihi Stichū, aut Pamphilum, quem tu uolueris, & postea eligeres Stichum penes me exis- stentem, quoq; non lícita esset uariatio: hoc casu per retentionem & tuam pa- tientiam, sine traditione quoq; transfertur. I. qua ratione § interdum, infrā de acqui, rerum do. § interdum. Instit. de rerum diuisione.

Sed contra illam rationem diuersitatis per Bart. allega; non potest oppo- ni. Imō in ultimis uoluntatibus non semper fit executio ipso iure, & per con- sequens non fit in eis executio: hoc probatur, non si legatur quantitas alter- natiuē, utputa, Lego Títio centum loachimicos, uel centum aureos in auro? Item quando legatur legatario res hæredis, uel res aliena &c. non transfertur ipso iure dominium per electionē, igitur lex non facit executionem, secundū Bart. in l. 1, in penul. quæstione, suprà eo. Igitur habet locum uariatio con- tra rationem Bart. & fatentur Ange. & Paul. de Cast. hic contrarium. Tu breuibus responde, & primū, quod in legato quantitatis possit esse limita- tio ad hunc texum, quod habeat locum uariatio ante traditionem, quia do- minium sine traditione non transfertur, sed reliqua non faciunt in contrari- um. Quia gloss. nostra & Bart. suprà circa primum requisitum, dixerunt re- quiriri ad hoc, ut electio sit ualida, quod reelecta sit testatoris. Igitur Barto; semper præsupponit. Alias rationes diuersitatis uide apud D. Iaso. hic:

Gloss. in quinto requisito, inter cætera dicit, quod ad hoc, ut electio uale- at, requiritur, quod legatarius dicat, & non dicat, uolo eligere, quia uerbum Volo, non inducit dispositionem. Nam certum est, si agens est liberum, nec impeditur, & patiens est dispositum, si uult agere, immediatè agit, ut si dico, Volo esse hæres, statim sum hæres, per tex. in l. per procuratorem, infrā de acquirenda hæreditate, & l. iam dubitari, inf. de hære, instituen. Ergò idem hic dicendum, cùm dico, Volo eligere, sequitur electio, cùm nullum sit impe- dimentum, & uoluntas sit libera. Secundō est textus expressus contra hanc gloss. in l. Pamphilo § propositum, inf. de lega. 3. Vbi expressè habetur, quod uerbum, Volo, inducit dispositionem, ut si dico, Volo relinquere, sta- tim est relictum, & facit ad hoc, quod decidit Bar. in l. gerit, uer. ad primum, suprà de acquirenda hæreditate. Bart. in hac quæstione pro solutione distin- guit: Aut is, qui dicit, Volo eligere hanc rem, prius non deliberauit, sed pro tota electione, hoc est, pro ipsa deliberatione, & quoque pro rei acces- sione dicit simul, uolo eligere, & non inducit electionem. Quia uoluntas eligentis non est libera, propterea, quod deficit deliberatio, & illa uerba, Volo, nihil aliud importat, quam primū motū eligentis erga illā rem. Aut eli- gens prius deliberauit, ita quod tempore electionis nihil supereft, nisi rei ace- ceptatio, & sic electio reseruat tantum ultimum actum priori præsupposito, & ualet electio; & hoc membrum distinctionis probat Bart. per duo funda- menta;

menta. Nam si datus esset terminus, ut deliberes quid uelles eligere, & aduenientem termino, eligeres per hæc uerba, Volo eligere hanc rem, esset firma electio, arg. l. sed etsi alio, uer. planè. & l. omnes qui, inf. ad Trebellia, & notat Bar. in l. si quis, suprà de iure deliberat. Ergò idem dicendum est, si de liberatio sine termini præfixione præcessit. Secundò probatur. Nam si ad interrogationem alterius, cuius interest, responderes, uolo eligere hæc rem, inaduceretur electio secundum gloss. in l. in uendentis, in uerbo, in uendentis, uer, sed quid si dicam. C. de contrahenda emptione.

Sed quia hæc responsio ipsi Bart. non uidetur sufficiens, propterea ponit hanc cōclusionem, quod uerbū Volo, per se & absolutē positum sine ratione adiuncti nihil importat. Et pro declaratione istius cōclusionis, hoc modo concludit: Aut uerbū, Volo, habet determinationē certæ rei, & inducit dispositionem, ut si dicerem, uolo illam rem, esset electio. l. 2. & l. apud Aufidium, inf. de optione lega. l. huiusmodi & Stichum, inf. de lega. 1. Aut uerbum, Volo, non habet determinationem certæ rei, sed alicuius uerbi infiniti, & subdivi stinguit: Aut actus importatus per illud uerbum ab alio, & non à uolente, & inducit dispositionem, ut si dico, uolo fieri. Itē, uolo restituī hæreditatem, l. 1. sup. mandati. l. 2. cū similib. C. Communia de lega. & est ratio, Quia hoc casus in uolente non est faciendum, aliud tamen explicare suam uoluntatem quod facit per uerbū, Volo: facit ad hoc, l. 1. ibi, in tali uolumus religione uersari. C. de summa tri. & fide catho. Aut actus est explicādus à uolente, & nō ab alio, & dicit: Aut ille actus non consistit in nuda uoluntate, sed requirit cum effectu actum uolentis, ut si dico, Volo ascendere arborem, & non inducit dispositionem, quia sola uoluntate non ascendo, secundum gloss. in d. l. in uocabulo, in uerbo, in uendentis. Aut actus potest explicari nuda uoluntate, & subdivi stinguit: Aut de natura illius actus est pendere in futurū, ut in ultima uoluntate, & tunc uerbum, Volo, iunctum infinitiuo, quoq; inducit dispositionem, ut si dico, uolo relinquere, idem est, ac si dicam, relinquō: & in hoc causo loquitur d. l. Pamphilo & propositum, inf. de lega. 3. Nam cū ex natura sit ultimarum uoluntatum, ut pendeat usque ad mortem. l. 4. infrā de admendis leg. l. conficiuntur. & fin. suprà de iure codicillo. Aut non est actus, quando de sui natura pendere debet in futurū, sed in continentali expedienti, & dicit: Aut uerbum, uolo, fuit prolatum ad partis interrogationem, uel saltē post deliberationem, & inducit dispositionem d. l. sed etsi actio, cum similibus suprà allegatis, infrā ad Trebellia. Aut non fit ad partis interrogationem, neque post deliberationem, & non inducit dispositionem, quia per hoc est tantum significatio facta, quod primus motus uoluntatis eligen- tis eō inclinet, ut suprà dictum est, & hæc uera sunt, quando actus dependet tantum ex uoluntate proferentis. Quando autem depēderet actus ex uoluntate proferentis, & alterius cuiuspam simul, ut in contractu emptionis, locationis, & similibus, ubi adesse contractus requirit utriusq; & tunc distinguendum est: Aut uerbū, Volo, profertur ab uno tantum, ut quod emptor dicat, uolo emere, & nihil dicit, secundū glo. in d. l. in uendentis. Aut profertur ab utroq; & dic: Aut profert per uerba præsentis temporis, ut quod unus dicat, uolo uendere, & alter dicit, uolo emere, & inducit dispositionem secundum gloss. in d. l. in uendentis. Aut per uerba futuri temporis, ut si dicit, si uoluero uendere &c. & nihil inducit. l. sub hac, infrā de actio, & obligat. l. centesimus & fi. infrā de uerbo. obliga. Hæc Bart. in effectu. Quod autem attinet ad primam partem huius distinctionis, quando uerbum, Volo, iungitur nomini, nō habet dubium, quia nemo doctorum illam partem impugnat. Reliqua Bal. hic & Paul. de Castro, quoq; non magnoperē reprehendunt, sed Alexander de Imola & dominus Iaso, & quidam alij, impugnant ea quæ de uera

de uerbo infiniti modi dicta sit. Et colligit D. Iaso ex distinctione Bart. regulam cum tribus fallentijs, Quod uerbum, Volo, cum infinitiuo, non inducat dispositionem. Haec regula ex mente Bart. fallit, primo, nisi post terminum datum ad deliberatè respondendum esset probatum. Secundo, nisi ad interrogationem eius cuius interest, responderet. Tertio, quando actus est expediendus ab alio, & uolens non habet explicare aliud, nisi uoluntatem suam, ut si dico, uolere gerere negotia mea &c. Sed contra hanc regulam Bar. opponitur, immo uidetur, quod uerbum, Volo, iunctum infinitiuo, inducat dispositionem, etiam in actibus inter uiuos, per textum expressum, in d. l. huiusmodi & Stichum, infra eo. Quia ibi haeres habebat electionem dandilegatario Stichum aut Pamphilum, & dicit textus ibi, si haeres dixerit, Stichus uelle dare, mutare sententiā amplius nō possit, & sic loquitur hic textus in materia electionis inter uiuos, & uerbum, Volo, iunctū est infinitiuo: quem textum loan. de Imo. & D. Iaso hic, ad hoc adducunt, & Are. in l. Clodius, in 2. to. sup. de acqui. haere.

Dominus Iaso hic ad hoc contrarium respondebat, quod uerbum, uolo dare, in d. Stichum, magis tendit ad executionem & implementum quam uerbum, uolo eligere, igitur citius inducit dispositionem, quia uolo eligere, tendit ad suspensionem & deliberationem: & probatur haec solutio. Nam multum interest inter haec uerba, Volo adire haereditatem, & uolo haeres esse, quia priori casu non inducitur aditio, posteriori sic, per ea quae decidit Bart. in l. gerit, uer. ad primum de uerbo, suspens. supra de haeredibus instituen. & in l. palam & si sub conditione, in fin. infra ad Trebellia. & uidetur probari per textum in d. l. Item dubitari, in uerbo, haeredem esse, sup. de haere, instituen. Ergo quoque debet esse differentia inter haec duo, Volo dare, & Volo eligere.

Sed haec solutio nihil uidetur facere ad propositum, quia hic in genere tractamus, an uerbum, Volo, in actibus inter uiuos iunctum infinitiuo, inducat dispositionem, & utrinque est infinitiuus, siue dico, uolo dare, siue uolo eligere, siue dico, uolo haeres esse, uel uolo haereditatem adire. Igitur nihil refert, quibus uerbis quis adeat. l. si quis mihi bona & sed quid si mandauit, supra de acqui. haere.

Tu post D. Iasonem hic, omissis superfluis, dic breuibus, pro saluāda regula Bart. & quoque pro supplementatione illius quod deest. Quandoque uerbum, Volo, in actibus inter uiuos, iungitur infinitiuo, qui de sui natura significat suspensionem uel deliberationem infuturū, et tunc nō inducitur dispositio, ut si dico, uolo eligere, uolo matrimonium contrahere, uolo confiteri &c. Nam his casibus requiritur actus extrinsecus, scilicet, electionis contractus uel confessionis futuræ: & in hoc casu potest procedere regula Bart. sicutique quoque ipse facit mentionem deliberationis &c. Quandoque uero uerbum, Volo, iungitur infinitiuo, qui respicit executionem & implementum de praesentia, de sui natura, nec requirit actum extrinsecum ulteriore pro completione actus, & tunc inducitur dispositio de praesenti, ut cum dico, uolo habere hanc rem. Item, uolo haeres esse. Item, uolo maritus esse. Item, promitto, quod te seruare uolo pro legitima coniuge, matrimonium de praesentis contractu est. Quia in his essentia actus dependet ex uoluntate proferentis, absque alio eius facto extrinseco. Ita in effectu decidit Bald. in l. Vnica, in 6. colum. uer. pone quod reus dixit. C. de confessis, & in l. in 3. oppo. C. de summa trinitate & fide catho. Panormita. in c. ex parte, in 3. nota. de sponsalibus, & in c. iuravit in l. nota. de probatio. & in c. quemadmodum & illud auctem. de iure iurando: & ex hoc patet solutio d. l. huiusmodi & Stichum, quae habet, uolo dare &c. quia supra dictum est, quod uerbum, dare, quoque non respicit suspensionem,

sensionem, sed tendit ad executionem & implemetum. Igitur haeres, qui habet electionem, si semel dixerit, uolo Stichum dare, satis est quo ad hoc, quod le gatarius postea potest Stichum petere; & hanc limitationem nota ad regulam Bart. de actibus inter uiuos. D. Iaso habet alias duas oppositiones contra illam regulam, quae non magni momenti sunt, quas ipse poteris legere. Ettan- tum de regula, nunc examinabimus fallentias. Prima fallentia est, quod post terminum assignatum ad deliberandum dicit, Volo eligere, tunc inducitur dispositio & electio; adducit ad hoc d. l. sed et si alio. & d. l. omnes, supradicte de Trebellia, per quae iura tenet idem Bart. in l. gerit. uer. ad primum, supradicte acquirenda haer. quod per illa uerba, Volo adire, prolata post terminum da. Volo adire.

tum ad adeundum, inducitur aditio, sicuti econtra per uerbum, nolo adire, post tempus ad repudiandum repudatio, ita per dicta iura tenent Bartolus & Paul. de Castro in l. si quis seruus, supradicte de iure delibe, & Doctores in l. qui se patris. C. unde liberi.
Sed certe d. l. sed et si alio. & l. omnes, non probant illam limitationem; Quia ibi solum habetur, quod haeres, qui adiit post tempus datum ad deliberandum, non potest dicere, quod coactus suspectam hereditatem adierit, & nihil dicit de uerbo, Volo adire, post terminum prolatum: ita in effectu dicit Bald. in l. 2. in 4. oppo. C. de iure delibe. Ideo dominus Iaso hic illam limitationem Bart. probat à simili. Nam confessio facta post terminum ad Confessio respondendum, praetextu erroris reuocari non potest, quia propter terminū facta. censetur deliberata, secundum glo. notabilem, in c. ex literis. in uerbo, admo- nita de diuortijs, quando allegat Panor. in c. olim ex literis, uer. si dicatur, de rescriptis: Bal. in l. cum primum, ad fi. C. de libe. causa. D. Iaso in l. error, in fi. C. de iuris & facti igno. Ergo idem est in nostro casu, si quis post terminum dicit, Volo eligere, cùm sit eadem ratio.

Volo eligere

Secunda fallentia approbatur à Doctoribus, & idem tenet Bart. in l. ge- rit. §. ad primum, uers. Item si interrogatus, in fratre de interro. actio. & §. præ- terea, in fratre de inutilib. stipula. Eodem modo approbatur quoque tertia fallen- tia, & facit ad eam, quod notat Bald. in Authentica, ei qui, in §. colum, uers. quæro, nunquid hæc uerba. C. de bo. aucto. Iudicis possiden. Quia quærit Bald. ibi, si iudex dicit, Volo te ire in possessionem illius fundi, utrum per hoc inducatur effectus primi & secundi decreti, & decidit, quod sic, cùm actus missionis debeat explicari per alium, & ad iudicem proferen- tem spectat sola uoluntatis declaratio. Et tantum de prima regula cum suis fallentijs.

Secunda regula, quæ ex distinctione Bart. colligitur, est, quod uerbum, Volo, functum infinitiuo in ultima uoluntate, inducit dispositionem; Idem Volo, ver- tenet Bartolus in l. 1. in 2. colum, uers. huius gratia. C. de summa trinitate, bum, iun- & fide catholica. Allegat ad hoc rationem diuersitatis, Quod ideo in ultimum infi- timis uoluntatibus disponat, quod ultimæ uoluntates habeant dependen- tiā in futurum &c. Sed tam ratio quam regula impugnatur; Nam licet ultima uoluntas dicatur stare in suspenso, tamen hoc non est ideo, quasi de præsenti nihil disponat, sed ideo, quod dispositio, quæ statim est perfe- cta, resoluta potest per contrariam uoluntatem sequentem, quod durat usque ad mortem testatoris. l. cùm hic status §. ait, cum §. sequenti, de donat. in- ter ui. & uxo. Et in hoc casu quoque intelliguntur iura per Barto, allega- ut l. rem legatam, inf. de adm. lega. & l. conficiuntur. §. fi. inf. de iure delib. & præter illum effectum non dicitur esse in pendentia. l. fi. in fi. sup. Cōmuniā præ. Ergo cùm ultimæ uoluntates, quo ad dispositionem, non sint in penden- tia, sed tantum quo ad resolutionem, per contrarjam uoluntatem: hæc ratio non uidetur esse sufficiens, & sic nihil.

Secundō, quod attinet ad regulam ipsam Bart. quae habet, quōd uerbum, Volo, cum infinitiuo inducat dispositionem. d. I. Pamphilo. § Propositum, scias, quōd Bart. sequuntur in hoc Cy. & Bald, hic, & Bal. in I. in uendentis, in 6. q. C. de cōtra. emp. lo. Ro. in I. i. § si quis ita, infrā de uerbo. obli- ga. & allegat Cy. ad hoc textum in d. I. huiusmodi. § Stichum, infrā eo, per Arg. à maiori ad minus. Quia is textus loquitur de actibus inter uiuos. Er- gō multò magis procedit in ultima uoluntate, cūm magis faueatur ultimis uoluntatibus. I. in testamentis, cūm similibus, infrā de regulis iuris.

Sed contra illam regulam Bart. est communis opinio Doctorum, ut Ang: Alexan. & Ioan. de Imola, Pauli de Castro, Raphaelis Cu. & Aretij hic, & Paul. de Castro in I. i. C. de summa trinitate & fide catho. Et mouentur præ- cipue ex eo, quōd erubescimus loqui, quando sine lege loquimur § consi- deremus, in Authentico, de triente & semisse, col. 3. sed Barto: ad suum pro- positum nullam concludentem legem allegat. Ergo &c. Nec obstat, quod allegauerit ad hoc d. I. Pamphilo § propositum. Quia ipse Bartolus in d. I. gerit, uers, quāero quid si conuocatis, suprā de acquirenda hæ. decidit, quōd is dicatur deliberatē pronunciare & disponere, qui conuocatis amicis dicit, Volo relinquere, & quōd per hoc inducatur legatum, allegat ad d. I. Pamphi- lo § propositum. Idem dicit Bart. in I. fin. suprā de testamentis, & sic uult testator ita dixerit, & per consequens uult, si amici conuocati non fuissent, quōduerbum, Volo, iunctum infinitiuo, in ultimis uoluntatibus non indu- xisset dispositionem. Tu dic, ultra Modernos, secundum D. Iasonem hic, quōd in d. § propositum, quandocunq; concurrebat copulatiuē, propter quæ meritō ualebat legatum. Primum est, quōd testator neque liberos, neq; cognatos, & sic nullos hæredes ab intestato habebat, qui potuissent tale le- gatum impugnare, igitur facilius ualet. Secundō, quōd testator conuoca- bat amicos suos, quo significatur, quōd deliberatē illa uerba pronunciaret, igitur meritō disponunt, sicuti Bart. in præallega, locis uult. Tertiō, quōd testator ibi fuit miles, ut tenet gloss. ibi in uerbo, contubernali. & militum uerba enunciatiua simpliciter & propter aliud prolata alioqui inducunt di- positionem. I. ex his uerbis. C. de testamento militis. Quartō, quōd testa- tor illa uerba geminauit, quia primū dixit, se uelle relinquere, & postea in- terrogatus iterum eodem modo respondit, quæ geminatio ostendit enīam uoluntatem, I. balista, infrā ad Trebellia: & alioqui uerba enunciatiua ge- minata disponunt secundum Bartol. in I. cūm scimus. C. de agrico. & cen- si. li. ii. & notatur in d. I. ex his uerbis. C. de testamento militis. Quintō, illud relictum fuit factum contubernali, & sic socio, & per consequens per- sonæ multum dilecta, quod quoque multum operatur. I. in testamento, cum gloss. in uerbo, debuisse, infrā de fidei commiss. liberta. Ergo propter tot concurrentia uerbum, Volo, cum infinitiuo benē disponit, alioqui non, & sic est hic textus contra Bart. & ita colligunt hic Alexander de Imola, domi- nus Iaso, & quidam Moderni alij. Alexander hic ponit distinctionem, ex qua potest colligi solutio, hoc modo: Aut uerbum, Volo relinquere, ponit in testamento, & tunc inducit dispositionem, ratio: Quia in omnibus te- stamentis de necessitate requiritur, quōd testes sint rogati. I. hæredes palam. § in testamentis, suprā de testamentis. I. hac consultissima. C. de testamen- tis. Is autem qui rogat testes, utiq; deliberatē pronunciat coram testibus, Er- gō propter huiusmodi deliberationem inducitur per talia uerba dispositio- nes, & in hoc casu potest procedere opinio Bart. Aut talia uerba proferuntur in codicillis, & non inducunt dispositionem propter defectum deliberatiū. In codicillis enim testes non rogantur, sed satis est, quōd casu adsint. I. si. C. de codicil-

codicillis, ergo uidetur cessare deliberatio: & idem in effectu tenet Ioan. de Imo. in d. l. gerit. in s. col. & in hoc casu potest procedere impugnatio contra Bar.

Sed hec distinctio Alex. fortissimè oppugnatur. Et primò, quod eius fundatum, scilicet, quod rogatus testium inducat deliberationem, non sit ue-
rum, hoc probatur. Nam licet in testamento testes debeat esse rogati, non tamē necesse est, quod ab ipso testatore rogetur, sed sufficit quod rogenf per notarium. Ita decidunt D. Iaso & Paul. de Cast. in d. l. hæredes palam. & in te-
stamentis, Ioan. in & fin. Instit. de testamentis &c. Igitur non sequitur, quod per rogationem, quæ per aliū fit, testator censeatur quid deliberatè facere;
Secundò facit contra Alex. quod sufficit testes rogatos esse post conditum
testamentum, d. l. hac consultissima, ibi scripturam consignatam uel ligatam
&c. testibus rogatis offerre signandam. C. de testamentis, quia ibi colligi-
tur quod testator primum potest suam uoluntatem scribere, & postea testes
rogare, & illam scripturam offerre. Ergo nihil facit ad deliberationem roga-
tio. Tertiò facit contra Alex. Quod notarij condunt instrumenta tam in ulti-
mis uoluntatibus, quam actibus inter uiros, & in omnibus debent esse roga-
ti. & nos autem, in uerbo, iniungatur, in Authentico de tabellio, col. 4. Bart.
in l. seruus communis, infrā de stipula, seruorum, & in Authentica, si quis in
aliquo. C. de edendo, si ergo rogatio induceret deliberationem, sequeretur
quod uerbum, uolo, cum infinitiuo in omnibus instrumentis induceret di-
spositionem, cum in omnibus notarius rogatus sit, quod esset contra gloss. & Bar. hic, & sic appareret, quod opinio Modernorum, qui tenent contra Bar. adhuc firma sit, præsertim ideo, quod Bar. prosua opinione nullum allega-
uerit textum.

Sed pro sustinenda opinione Bart. D. Iaso adducit quædam iura & ratio-
nes, & primò dicit facere pro Bartolo, scilicet, quod uerbum, uolo, cum infi-
nitiuo inducat dispositionem. Allegat ad hoc primum textum in l. & eo modo
relictum, inf. eo, ubi habetur, quod hæc uerba, uolo hæreditatem meam Titij Volo hære-
esse, inducunt fideicommissum uniuersale. & sic dispositionem. Secundò al-
legat textum in l. si pater. & quædam, inf. de fideicom. ubi quoq; habet, quod Titij esse.
hæc uerba, Volo ancillas meas liberas esse, inducunt libertatem, & sic dispo-
sitionem, etiam si pronuncians ab intestato decesserit. Sed hæc iura nihil faci-
unt ad propositum, quia suprà dictum est, quod uerbum, esse, de sui natura
inducit dispositionem, nam si quis dicit, Volo ancillas meas liberas esse, idem
est, ac si dicat dispositiuem, Volo sint liberis uel quando dicit, Volo hæreditatē
meā Titij esse, idem est, ac si dispositiuem dicat, Volo ut hæritas mea sit Ti-
tij. Tertiò allegat D. Iaso, in l. qui indignam. C. de testamentis, quia ibi habe-
tur, quod nihil refert, quibus uerbis testator disponat, siue per uerba præsen-
tis siue futuri temporis, quia nihil interest siue dicat, instituo, siue uolo, siue
esto, siue erit &c. sed satis est, quod constet de uoluntate testatoris quoquis mo-
do. Quartò probatur, Nā licet uerba enunciatiua regulariter ita disponant, Verbaenun-
tamen si in ultimis uoluntatibus principaliter propter se proferantur, indu-
cunt dispositionem, ut si dico, credo daturum, Item, scio te hæreditatem meam gulariter
restitutur Titio, l. etiam hoc modo, & l. & eo modo, inf. eo. Bar. in l. Titia, in non dispo-
nunt. princip. inf. de lega, 2. Doctores in l. ex hac scriptura, inf. de dona. Bal. hic in
fin. Alex. de Imo. in l. si quis mihi. & sed quid si mandant, suprà de acquiren-
hære. Ergo hæc enunciatio, Volo relinquere, in ultimis uoluntatibus quoq; Volo relin-
quere, in ul-
timis uolun-
tatibus in-
ducit di-
positionē.

Sextò probatur. Nam in ultimis uoluntatibus uerba non debent esse superflua, sed aliquid operari, l. si quando, in principiis, inf. eo, sed illa uerba, Volo relinquere, si nihil disponerent, essent in testamento superflua. Ergo necesse est, quod disponant. Et si obijceretur, quod clausula, Volo relinquere, significet primum animi motum &c. ut suprà dictum, respondet, quod in ultimis uoluntatibus hoc non quadret. Nam in ultimis uoluntatibus secuta morte testator amplius non habet uelle, l. i. C. de sacro sanctis Eccle. Igitur illa uerba non possunt intelligi de primo motu, sicut in contractibus, & dicunt dominus Iaso, se consultum & iudicatum secundum hanc opinionem, contra communem, & uidetur esse æquior, cùm in testamentis uoluntates testantium plenius interpretentur quam in contractibus, l. in testamentis, infra de regulis iuris.

§ Labeo.

S V M M A R I V S.

Quod cōmune est, meum est, quantum ad dispositionem partis meæ, hoc dicit secundum Bart. Paul. de Castro, Alexan. de Imo. & communiter Doctores hic. Licet D. Iaso impugnet hunc summarium, sed tamen cum suo summario tandem coincidit.

C A S V S.

Titus condidit testamentum, & in eo legauit hoc modo certum fundum, dicendo, Legi Sempronio fundum Cornelianum, qui meus erit cùm morior. Et tempore testamenti illū fundū non habebat, sed tempore mortis habebat eū cōmūnem cum Caio. Queritur nunc, utrum hoc legatū ualeat in totum, an pro parte? Et in hac quæstione erant duæ contraria sententiae Iurisconsulitorum. Labeo enim (ut dicit textus hic) pronunciabat totum fundum debetri. Et possunt pro hac Labeonis sententia adduci duæ rationes. Prima, quod si uere cautum est, si quis legat fundum, sciens alienum esse, debetur legatario totus fundus, hoc est, quod haeres redimere & legatario tradere, uel aestimationem eius soluere tenetur. § si res altera. Institu. de lega, l. cùm rem alienam. C. de lega. Ergo idem dicendum est, si quis legat fundum communem, sciens pro parte alienum esse, quod legatario primum debeatur pars testatoris, & reliquam partem haeres teneatur legatario relinquere, uel aestimationem præstare: & hanc rationem ponit gloss. in § sequenti, in uerbo, constat. Secundò, si testator dicit, Legi fundum, qui meus erit, censemur conditionaliter legare, hoc est, quod totus fundus debeatur, si modò quisquam tempore mortis de eo eius fuerit. Quia conditio impleri debet in forma specifica, l. qui haredi, & l. Meuitus, infra de conditio, & demonstra. & hanc rationem allegant Raphael Cu. & Paul. de Cast.

Contrariam sententiam defendit Trebatius, quod scilicet ea pars tantum debeatur, quæ tempore mortis esset testatoris: quam sententiam Cassius approbat. Nec obstat prima ratio pro Labeone adducta, quia in terminis non testator non sciuit, quod tempore mortis res legata esset futura communis, sed dubium erat. In dubio autem testator non uidetur grauasse onere redimendi partem socij sui, l. unum ex familia. § si rem, uer. nam succursum, infra de lega. 2. Secunda ratio quoq; non obstat, quia illa uerba (qui meus erit) intelliguntur, hoc est, quatenus meus erit, pro illa parte debeatur, ut dicit textus expressè in l. sequenti, & sic stat sententia Trebatij & Cassij. Quod testator legando fundum certum his uerbis (qui meus erit cùm morior) si tempore mortis fuerit communis cum alio, debetur legatario tantum pars testatoris,

Sed quia

Sed quia textus noster notanter loquitur, quando res certa, aut persona legatur, & loquitur de legato particulari certe & determinata rei, dubitari potest, an idem sit in legato incerto & indefinito, ut si quis dicit in genere, Legat Titio seruos meos, qui mei erunt tempore mortis, & fuerint communes tempore mortis, utrum quoque debeat pars testatoris? & uidetur quod sic, per textum in l. si quis seruos suos, infra de lega. 3. Vbi habetur, si quis seruos suos legauerit, communes quoque continentur. In contrarium facit textus in l. hoc legatum, infra de legat. 3. Vbi expressè habetur, si testator legauit uxori quae eius causa parata sunt, non uenient in hoc legato quae parata sunt ad communem usum mariti & uxoris. Ergo in legato generali & indefinito, non uenient ea, quae sunt communia. Idem habetur in l. Quintus, Ia. 1. infra de auro & argen. lega. & in l. legatis uxori, infra de lega. 2. Paul. de Cast. hic respondet ad hoc contrarium, allegando rationem diuersitatis. Nam is qui legat omnes seruos suos, & sic consequenter illos, qui in totum sunt ipsius, utique censetur quoque legasse illos, in quibus habet potestatem: & ita loquitur d. l. si quis seruos. Is autem qui legat uxori, quae eius tantum causa parata sunt, non censeretur legasse ea, in quibus habet usum cum marito propter expressionem: & ita loquuntur iura contraria. Sed Bar. in d. l. Quintus, melius responderet, quod scilicet possessuum suum uel suos &c. refertur ad dominium uel quasi, quod potest habere etiam in parte, pro qua suus est, sed nomen usus non recipit hoc modo distinctionem, usus suos, sup. de usu & habita, quam solutionem D. Iaso hic quoque approbat. Et ex his infert Bal. in d. l. legatis, si princeps eximat castra alicuius nobilis, intelligitur illa tantum eximere, que pertinent ad ipsum solum, non autem quae ille nobilis habet communia cum alio, in quibus iurisdictio est promiscua & communis, & d. l. legatis, & in l. 1. in ultima q. supra de statu hominum, dicit, si dono alicui omnia utensilia mea, non ueniunt ea, quae habeo communia cum alio, quia in his attenditur usus, qui est individualis, ut supra dictum est. Alexan. de Imola hic multa colligit, quem uide.

Nota ex hoc textu hic in uerbo, res aut persona, quod appellatione rei non uenit persona, puta seruus uel ancilla, quia textus ponit tanquam diuersa, dum dicit, cum res aut persona legatur &c.

Sed huic notabili fortissime opponitur textus in l. omnia. §. si. inf. de lega. 2. ubi textus expressè decidit, quod in legato omnium rerum uenient quoque serui & ancillæ, quae sunt in fundo, per quem textum ibi inferunt Bal. Io. de Imo. & Paul. de Cast. quod publicatis rebus alicuius intelligunt quoque publicatis serui, vasalli, & subditi, & in l. 1. supra de statu hominum, Bal. decidit per d. l. omnia §. si. quod appellatione rerum mearum, ueniant quoque homines mei, nisi essent sanguine iuncti. Et ex his quoque colligi potest, si quorundam rebus est concessa immunitas, extendatur illa quoque ad personas, & sic fortes oppositiones contra hoc notabile. Sed tu post D. Iasonem hic responde brevibus: Aut dispositio de rebus fit indefinita & uniuersaliter, & cum nomen res comprehendit quoque personas: & in hoc casu intelligunt iura contraria. Aut non ponitur indefinita, sed sub quadam determinatione certæ rei, & non comprehenduntur homines, & in hoc casu intelligitur textus noster cum notabili. Quia notanter dicit, cum certa res legatur &c.

Gloss. in uerbo, communis, ponit illam regulam, Quod commune est, meum dicere possum, & allegat ad hoc iura concord. Bar. pro intellectu istius regulæ, & pro concordandis iuribus, distinguit hic modo: Aut est aliquid commune pluribus & uniuersis, & quod commune est, meum non est, licet sim in illa communione. l. in tantum, supra de rerum diuisione, l. sed si hac, § qui manumittuntur, supra de ius uocando. •

Aut est commune pluribus & singulis. Et dic: Aut quæris, an id, quod mihi cum alio commune est, meum sit, quo addispositionem partis meæ, & dic, quod sic, per textum hic, & in l. 2. suprà de condi. instit. & l. 1. C. qui testa. face. po. & huc quoq; potest referri tex. in l. Julianus & idem Celsus, suprà de actio. empt. licet Bar. dicat esse fallentiam, sed non est fallentia, optimè enim quadrat cum hoc membro. Aut quæris, an meum sit, quoad dispositionem partis socij, & dic, quod non est meum, quod commune est l. falso. C. de communium rerum aliena. Aut quæris, an id quod commune est, ita dicitur meum, quod super toto disponere possim, & dic: Aut res communis ita destinata est, ut sic maneat communis quoad debeat diuidi, & dicitur meum, quod hoc modo commune est l. in tantum & Religiosum. uers. in commune, su- prâ de rerum diuisione, & l. si ædes, suprà communis diuidendo. Aut res com- munis non erat ad hoc destinata, ut maneat communis, & dic: Aut fiscus ha- bet rem communem cum priuato, & potest fiscus ratione partis suæ totam rē uendere, & socio partem precij sui dare. l. V nica. C. de uenditio. rerum fisca- lium cum priuatis. Aut priuati homines inter se habent communionem, est par, sed unus est proprietarius, alter uero usufructuarius, & dicit res com- munis illius esse, qui habet proprietatem. l. 1. & dominium, suprà ad Senatuscon- Syl. Aut ius communionis in utroque est par, hoc est, quod non disputa- tur de proprietate & usufructu, & dic: Aut unus ex socijs rei communis dis- ponit de re communi in commodum utriuscq; & ualeat eius dispositio, ac si es- set dominus insolidum. l. stipulatio. & finali, suprà de noui ope. nuncia. Aut unus ex socijs disponit de re communi in damnum & dispendium consocij, & non ualeat, sed à socio prohiberi potest, ne faciat, quia quo ad hoc res com- munis non dicitur unius tantum. l. Sabinus, suprà communis diuidendo.

Sed hæc distinctio Bar. in quibusdam impugnatur, & primo in quantum Bart. uult illud non dici meum, quod cōmune est pluribus & uniuersis, hoc est, id quod est Vniuersitatis, Collegij, uel Communitatis, non dicitur esse singulorum: sed contra hoc uidetur fortissimè facere textus in l. 1. in fi. suprà de colleg. illicitis. Vbi habetur, si quis in duobus Collegijs fuerit, quod eli- gere debeat, in quo magis esse uelit, ut ex alio recedat, & tum recipiat ex eo, & quo recedit, id quod ei competit ex ratione, quæ communis fuerit, & sic ap- paret id esse singulorum, quod pluribus commune est, ut uniuersitatis, quia quilibet potest partem suam recipere. Bart. ibi respondet, quando Collegi- um dissoluitur, quo ad unum tantum, res quæ erant Vniuersitatis, efficiun- tur singulorū proportionabiliter, & ita loquuntur iura contraria, nos autem loquimur de rebus uniuersitatis, quæ nō dissoluuntur; sed hæc solutio impu- gnatur per D. Iasonem hic, quia textus in d. l. 1. non loquitur de Collegio dis- soluto, sed loquitur de uno collegio, qui transtulit se ad aliud collegium. Ideo ipse hoc modo respondit, quod textus contrarius presupponat, quod ibi Collegium non solum habebat bona, quæ erant totius Collegij, sed etiam bona, quæ erant cōmuna pluribus, ut singulis &c. Præterea is textus loquitur de Collegijs, quæ durant ad tempus, Bart. uero loquitur de collegijs & Vni- uersitatibus perpetuis, de quibus dici solet, Vniuersitas non moritur, & sic stat conclusio Bart. firma, scilicet, quod id, quod est commune pluribus, ut Vniuersitas, non dicitur esse singulorum de uniuersitate.

*Vniuersitas
non mori-
tur.*

Ex hac conclusione potest inferri secundum D. Iasonem hic, quod singulare de Vniuersitate possunt esse testes in causa Vniuersitatis, quia non dicuntur in re sua, cūm hoc non dicatur meum, quod est mihi cum pluribus Vniuersitatis, in uerbo, rescripsit, suprà de rerum diuisione, glo. in l. simu- nicipes,

nicipes, suprà, quod cuiusq; uniuersitatis nomine, gloss. in l. idonei, suprà de testibus, & est textus iuncta gloss. in c. cùm nuncius, de testibus. quomodo autem hoc intelligatur, & an indistincte procedat, vide Doctores in præallegatis locis, & D. Iasonem in d. l. si hac § qui manumittitur, suprà de in ius uocando: possent & aliae multæ consequentiæ inferri.

Secundò infertur ex hac conclusione, quòd si Senatus Venetorum promiserat nō ponere officiales in certis terris Hungariæ sub magna poena, Tamen si ciuis aliquis Venetus est electus ab hominibus illius terræ, potest hoc officium acceptare, nec per hoc Veneti incidunt in poenam, quia is ciuis nihil egit nomine uniuersitatis, sed nomine singulari, et ita decidit Pe, in cons. 200. quem refert & sequitur D. Iaso híc:

Secunda conclusio, quæ ex Bart. distinctione colligitur, hæc est: Quòd ea quæ sunt communia pluribus, & singulis, possum dicere mea, quo ad dispositionem partis meæ, hæc conclusio non impugnatur, limitatur tamen primò, si duo fratres habent castrum commune, alter nō potest ad æmulacionem socij suam partem extraneo uendere. Quia specialissimum est in iurisdictionibus, quòd unus ad æmulationem alterius non potest partem suam uendere: illam limitationem ponit Bal. in l. 1. uer. in societate. C. qui testam. face. poss. & Bar. in l. 1. cum allegatis. C. ne fiscus uel Respub. & probatur hoc per textum in l. quicunque castel. C. de fundis limitrophis lib. 2. & gloss. in l. per prouincias. C. de ædificijs priuatis. Secundò limitatur hæc conclusio in actione de dote. Nam licet hæc actio sit communis patris & filiæ, l. 2. § quod si in patris, & l. non solum, suprà solu. matrimo. & l. qui hominē, § si gerit, infrā de solutio. Tamen quo ad agendum pro parte, nec patris nec filie dicitur, per dicta iura?

Tertia conclusio Bart. hæc est, quòd socius potest uti re communi, etiam in iusto socio, quando utitur ad usum destinatum. Hæc conclusio quoq; non impugnatur, sed colliguntur ex ea quædam illationes ad practicam. Prima est, si duo fratres uel socij habent domum communem, quæ consueuit locari, & unus ipsorum uult locare, aliis uero non, præfertur uolens locare, propter usum destinatum, secundum Bal. & Ange: in l. duo fratres, suprà de acquiren. hære, Bal. in d. l. 1. ad finem. C. qui testamenta face. poss. & in c. 1. § si quis de manso. de cōtr. inuesti. Barto. in l. & hæc distinctio § Cūm fundū. & ibi Paul. de Cast. ff. locati. Nisi alter qui uult impedire locationem, uelle in inhabitare domum, tunc effet locare uolenti, secundum Bal. in l. Sabinus, in fin. suprà communī diuidun. & Ange, in d. l. duo fratres.

Secundò infertur ex hac conclusione, si duo fratres uel socij habent dominum communem pro iudicio, & unus ipsorum totam domum inhabitat, nō tenetur fratri uel consocio soluere mercedem, quia utitur re communi ad usum destinatum ita decidit gloss. in d. l. Sabinus &c:

Et hæc hæc tenus.

INDEX VERBORVM

ET RERVM IN ENARRATIONES
ALIQUOT LEGVM FF. DE LEGATIS ET
Fideicommissis 1. D. Melchior Kling.

A.

- A**cceptatio est actus legitimus 16
 Actus qui sine expressione ualuerit, propter expressionem in ualidus fit ibi.
 Actus sunt nulli, si contra ipsorum formam conditionio exprimitur ibidem
 Adiectio seu expressio operatur, ut coniuncta facerent, quorum neutrum per se satis est 19
 Aditione hereditatis quasi contrahitur cum creditoribus et legatariis 21
 in Alternatiis utrumque est in obligatione, et utrumque potest peti 32
 An expressio eorum que tacite insunt, per uiam dispositionis aliquid operetur 13
 Appellatum nomen est immutabile 25
 Arbitria reducta esse ad instar Iudiciorum, quomodo intelligatur 20
 Argumentum a contrario sensu sumptum 11
 Augusta est adaequata ipsi Imperatori, quo ad priuilegia 7

C.

- Castrum commune duorum fratrum 43
 Clausula codicillaris, Si testamentum meum non ualeat iure testamenti, ualeat saltem iure codiciliorum 13
 Codicilli uia acquirens hereditatem, dicitur ab intestato acquirere ibi.
 Commune quod est, meum dicere possum 41
 Conditionio tacita non minus suspendit, quam conditionio pura 16
 Conditionio haec, si heres erit, uel si hereditatem adierit, in testamento semper est uacua 11
 Conditionis expressio modo, per quem ex necessitate tacite inest, nihil operatur ibi.
 Conditionio haec, Si heres erit: uel, si hereditatem adierit, de iure omnibus legatis et fideicommissis inest ibidem
 Conditionio impleri debet in forma specifica 40
 Conditionio apposita legato, quae de iure tacite inerat, non reddit legatum conditionale 11
 Conditionis expressio que tacite inest, nihil operatur 15
 Conditionaliter uel dispositiue expressio facta quid operetur 16
 Conditionio que tacite inest, si a testatore exprimatur, non reddit legatum conditionale 11
 Conditionalis adiectio potius habens admonitionem quam conditionem 12

Confessio facta post terminum ad respondendum pretestu erroris reuocari non potest 37
 Cuius aliqua particularis est falsa, eius universalis quoque est falsa 8
 Cum dictio habet accessorię uenire 18

D.

- Delegatus non habet iurisdictionem iure proprio 32
 Dispensationes contra regulas iuris communis sunt odiosae 15
 Distributiva sunt duplia 29
 Dominium sine traditione non transfertur 34
 Domus communis quae consueuit locari 43
 Dotis actio est communis patris et filie ibi.

E.

- Electio nulla non est electio 32
 Error in nomine appellativo an uitiet 24. 25
 Error in nomine proprio rei legatae, utrum uitiet legatum 23
 Error non uitiat, modo constet de corpore 29
 Error quando dicitur in corpore committi 24. 29
 Esse uerbum, de sui natura inducit dispositionem 39
 Et, dictio, quid faciat 13
 Exequatio duplex est, simplex et reciproca 8
 Exequatio quid importet reciproca 7
 Exhereditatio filii uel filiae debet fieri pure, non sub conditione 14. 22
 Exhereditatio non potest fieri sub conditione 14
 Exhereditatio est res odiosa ibi.
 Expressio aliquid operatur 18
 Expressione eorum que tacite insunt, an per uiam conditionis aliquid operetur 16
 Expressio illius quod tacite inest, multum operatur 17
 de Expressione taciti per uiam dispositionis 19
 propter Expressum cessat tacitum 17

F.

- Facta non presumuntur nisi probata 32
 Ferre, dictio posita an sit per Ulpianum 9
 Fictio inducta que sit 28
 Fictio declarativa est impropriè fictio ibi.
 Fideicomissa diriguntur ad honoratum, et sunt precaria, inflexa, nec dispositiva 6
 Fidei-

INDEX.

Fideicommissa hodie adæquata sunt legatis	6
Fideicommissorum uires sunt attributæ legatis ibi.	
Fideicommissorum uires sunt attributæ legatis, non econtrâ	
Fideicommisso quæ insunt	7
in Fideicommisso uniuersali fit detractio quartæ Trebellianicæ	
Fideicommissum conditionaliter uel dispositiue factum quid operetur	10
Forma dat esse rei	16
Forma exhæredationis pure præcisè seruanda ib. G.	14
Geminatio uerborū ostendit enīxā uoluntatem	38
Generi derogatur per speciem	21
Glossæ auctoritas in dubijs opinionibus magna est	
ibidem.	

H.

Hæreditas adita per eos, quibus ab inestato debet tur, etiam legata & fideicommissa debentur	11
Hæredem institutum esse, non est satis, nisi etiam hæreditatem adeat	ibi.
Hæreditas dicitur iusta, que obuenit ab intesta- to	21

I.

Illud quod tacitè inest, si exprimitur per modum dispositionis, non potest operari daminum & grauamen	17
In dubio debet attendi illud, quod facit actum ua- lere	23
Infinitius est adaptabilis ad omnia tempora	39
Iuris prudenter media, et ius mediū quod dicatur	8
Ius communionis	42
Ius nouissimum est ius Codicis & Institutionū	8

L.

Legata libertas ut ab hærede manumittatur, di- citur fideicommissaria libertas	9
Legata non debentur ante aditam hæreditatem	33
Legata propriè dicuntur, quæ fiunt uerbis dispo- sitionis, & cōmuniter diriguntur ad honoratum	6
Legata libertas simpliciter dicitur directa liber- tas	9
Legata transiunt sine onore in legatarium	6
Legatarius ante aditam hæreditatem decedens ius legatorum non transmittit ad suos hæredes	12
Legatis quod deest, repletur ex natura fideicom- missorum	9
Legati puri effectus ante aditam hæreditatem	14
Legatorū et fideicommissorū effectus iuris idē	9
Legatorū uis ex ualiditate testamenti dependet	11
Legatū discernitur à fideicommisso, respectu eius ad quem uerba diriguntur	6
Legatum an sit conditionale uel purū, magna est importanciæ	11
Legatum purū relictum debetur presenti die	17
Legatum sine uoluntate legataris non potest ac- quiri	14

Legatū quando sit transmisibile ad hæredes	12
Legatum quando est potius demonstratio quam conditio	12. 13
Legatum quando est conditionale	13
Legatum fieri potest purè in diem, & sub condi- tione	14
Legatum expectat uires hæreditatis	12
Lego, Verbum, refertur ad uniuersitatem bono- rum, nullo alio hærede instituto	9
Lego, uerbum, quando strictè capitur	6
Lego, uerbum, accipitur largè & strictè	9
Libertas relictæ seruo per fideicommissum, uelle gatum, differt	9
Locationibus & conditionibus tacita inest condi- tio & obligatio	16

M.

in Materialegatorum & fideicommissorum tria iure sunt consideranda	8
Mordān & quomodo purgari posse	19
Mulieris conditio adæquatur masculis	7

N.

Nomina appellativa sunt immutabilia	9
Nomina appellativa sunt immutabilia, & error in eis est nocivus	28
Nomina propria sunt inuenta ad recognoscen- da ea, quibus imponuntur	23
Nomen quod est plus potest capi pro eo quod est minus	26

P.

Partes sibi debent imputare, cur legem apertius non dixerint	27
Particulae Vt, et Si, quomodo sint intelligenda	15
Personæ multum dilecta & relinquere	28
Propositū in mente retentum nihil operatur	25

Q.

Quilibet, dictio, mediante uerbo absoluit oratio- nem	29
Quisquis dictio	28
Quisquis, Si quis, Quicunq;, quales dictiones	29

R.


Regula, Actus nullus non impedit repetitionem eiusdem actus	30
Regula, Conditionis expressio, quæ tacitè inest, regulariter nihil operatur	16
Regula, Distributiuū qua ratione duplicatur cir- ca actuū primi uerbi, eadem ratione distribuit	30
Regula, Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur	18
Regula, Homo fictionem sine auctoritate legis in- ducere non potest	27
Regula, Quod cōmune est, meū dicere possum	42
Regula, Vbi discordat nomen à cōfinibus ex c. at- tenduntur potius confines uel rei qualitas	23
Res communis legata	42
Res communis illius esse dicitur, qui habet pro- prietatem	42


Rescripta

INDEX.

<i>Rescripta impetrata ad præbendas sunt ambitio-</i>		<i>Vltimæ uoluntates non sunt in pendentia</i>	<i>39</i>
<i>sa, ergo restringenda</i>	<i>24</i>	<i>Vltimæ uoluntates habent dependentiam in futu-</i>	
<i>Rogatio testimoniū an & quid faciat</i>	<i>39</i>	<i>rum</i>	<i>37</i>
<i>S.</i>		<i>Vltimis uoluntatibus magis fauetur</i>	<i>38</i>
<i>Sæpius, dictio quomodo accipienda</i>	<i>27</i>	<i>in Vltimis uoluntatibus est executio</i>	<i>34</i>
<i>Sententia nulla, non dicitur esse sententia</i>	<i>31</i>	<i>in Vltimis uoluntatibus electio est inuariabilis</i>	
<i>Sententia nulla non perimit sententiam iudicis or-</i>		<i>30. 31</i>	
<i>dinarij</i>	<i>ibi.</i>	<i>in Vltimis uoluntatibus secuta morte testator am-</i>	
<i>Si, dictio, de sui natura importat conditionem</i>	<i>11</i>	<i>plius non habet uelle</i>	<i>40</i>
<i>Si duo fratres vel socij habent domum commu-</i>		<i>in Vltimis uoluntatibus uerba non debent esse sua</i>	
<i>nem</i>	<i>43</i>	<i>perflua, sed aliquid operari</i>	<i>ibi.</i>
<i>Socius potest utire communi inuitu socio</i>	<i>ibi.</i>	<i>Uniuersitas non moritur</i>	<i>42</i>
<i>Statutum disponens idem quod ius commune, di-</i>		<i>sub Vulgari substitutione continetur tacita pili-</i>	
<i>citare esse ius commune</i>	<i>19</i>	<i>pillaris</i>	<i>18</i>
<i>Statutum, quod conditio nobilium & ciuium sit</i>		<i>Vocabularerum sunt immutabilia</i>	<i>27</i>
<i>adæquata</i>	<i>7</i>	<i>Volo adire, per illa uerba inducit aditio post</i>	
<i>Substantia nomen pro quadam substantiali qua-</i>		<i>terminum datum ad adeundum</i>	<i>37</i>
<i>litate ponitur improprie</i>	<i>23</i>	<i>Volo, quod filius meus arrogatus accipiat quartā</i>	
<i>Substitutione pupillaris tacita et expressa, sunt due</i>		<i>partem bonorum meorum, quomodo accipiens</i>	
<i>diuersæ & separatae species substitutionis àiu-</i>		<i>dum sit</i>	<i>16</i>
<i>re introductæ</i>	<i>18</i>	<i>Volo, ut in restitutione retineas quartam, hec</i>	
<i>Substitutione pupillaris retinetur tacite sub substi-</i>		<i>expresio plus operatur</i>	<i>18</i>
<i>tutione vulgari</i>	<i>17</i>	<i>Volo dare, tendit ad executionem</i>	<i>36</i>
<i>Substitutione pupillaris tacita matrem impuberis à</i>		<i>Volo uerbum inducit dispositionem</i>	
<i>succeſſione non excludit</i>	<i>ibi.</i>	<i>Volo teire in possessu illius fundi, utru per hoc in-</i>	
<i>Synonyma idem important</i>	<i>9</i>	<i>ducatur effectus primi & secundi decreti</i>	<i>37</i>
<i>T.</i>		<i>Volo hæreditatem meam Titij esse, inducunt fidei-</i>	
<i>Tacite inesse conditionem quid sit</i>	<i>16</i>	<i>commissum uniuersale</i>	<i>39</i>
<i>Tempus legale est quatuor Mensium</i>	<i>20</i>	<i>Volo, uerbum, iunctum infinituō, in ultima uo-</i>	
<i>Tempus mortis tacite continens est turpis & re-</i>		<i>luntate, inducit dispositionem</i>	<i>37</i>
<i>probata conditio</i>	<i>ibi.</i>	<i>Volo relinquere, statim est relictum</i>	<i>34</i>
<i>Testamēti uis ex hæredis institutione accipitur</i>	<i>11</i>	<i>Volo relinquere, in ultimis uoluntatibus inducit</i>	
<i>Testamentum non ualeat nisi hæritatis sit adita</i>	<i>33</i>	<i>dispositionem</i>	<i>39</i>
<i>Testatoris appellatio operatur quod legatum sit</i>		<i>Volo relinquere, si dicatur coram amicis</i>	<i>38</i>
<i>conditionalē</i>	<i>16</i>	<i>Volo uerbum, non inducit dispositionem</i>	<i>34</i>
<i>Testator primum potest suam uoluntatem scri-</i>		<i>Volo matrimonium contrahere</i>	<i>36</i>
<i>bere, & posteate testes rogare</i>	<i>39</i>	<i>Volo, uerbum, in ultimis uoluntatibus disponit</i>	<i>38</i>
<i>Testes sine rogati in Testamento oportet</i>	<i>38. 39</i>	<i>Volo dare, & uolo eligere, differunt</i>	<i>36</i>
<i>Traditio est facti, non iuris</i>	<i>32</i>	<i>Volo dare, non respicit suspensionem</i>	<i>ibi.</i>
<i>Tutor legitimus & testamentarius quomodo si-</i>		<i>ex Voluntate defuncti dependet tota hæritas</i>	<i>22</i>
<i>catur</i>	<i>21</i>	<i>Voluntate defuncti expressa legata debentur ab</i>	
<i>V.</i>		<i>intestate</i>	<i>13</i>
<i>Verba enunciatiua disponunt</i>	<i>38</i>	<i>Voluntate testatoris expressa debentur legata ibi.</i>	
<i>Verba enunciatiua regulariter non disponunt</i>	<i>39</i>	<i>Voluntas uerbis facta quid operetur</i>	<i>27</i>
<i>Verba semper debent sic intelligi, ut non sint su-</i>		<i>Voluntas testatoris demonstrata colligitur ex tria-</i>	
<i>perflua</i>	<i>15</i>	<i>bus</i>	<i>25</i>
<i>Verbum coangustum intelligi debet, quo ad le-</i>		<i>Voluntas est libera</i>	
<i>gandum</i>	<i>5</i>	<i>Voluntas testatoris durat usq; ad mortem eius</i>	<i>38</i>
<i>Verbum Lego, relatum ad quotam hæreditatis, uel</i>		<i>Voluntas defuncti præsumpta si exprimatur, facit</i>	
<i>certam quantitatē</i>	<i>6</i>	<i>cessare tacitum</i>	<i>17</i>
<i>Verbum necessarium, intelligitur, id est, utile</i>	<i>8</i>	<i>ex Voluntate defuncti præsumpta quando tacit-</i>	
<i>Vestis habet magnam conformitatem cum supel-</i>		<i>tum in:st</i>	<i>22</i>
<i>lectili</i>	<i>25</i>	<i>Voluntas testatoris si deceat, deficit dispositio</i>	<i>24</i>
<i>Vltima uoluntas dicitur stare in suspenso</i>	<i>38</i>		

E N I S.





EXPLICATIO ET
CONTINVATIO TITVLORVM IV^o
RIS CIVILIS ET CANONICI, PER
D. Melchiorem Kling, utriusque Iuris Do-
ctorem,



• Cum INDICE Rerum ac Verborum scitu
dignorum copioso.

*




Cum Gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis
novo ad octennium.

FRANC. Apud Hæredes Christiani Egenolphi.

M. D. LXII.

ГЕОГРАФИЧЕСКИ
КОНТАКТОВЫЙ ГИДРОГРАФИЧЕСКИЙ
КАРДИНАЛ

ОБЩАЯ
СХЕМА



МОСКОВСКАЯ ОБЛАСТЬ

ГИДРОГРАФИЧЕСКИЙ КАРДИНАЛ

CLARISSIMO VIRO,
D. DOCTORI CLAUDIO PEVTIN.
GERO, IVRE CONSVL TO ET PATRL
cio Augustano, Iustinus Goblerus Goarinus, Doctor,
S. P. D.



AEPE HOC TEMPORE, CLA.
rissime Doctor Claudi, inquirentibus, quæ nam sit optima
Iuris docendi discendiq; ratio, aliud atq; aliud in mentem
uenit comminisci. Quidam enim ueterem, & iamdiu rece-
ptam docendi consuetudinem non temere immutandam eſe
censem: quidam uero in ueteribus institutis, si quid habe-
ant incommodi, ad discentium utilitatem emendandam fore iudicarūt. Cumq;
uariè hac de re inter doctos hodie disceptatur, nulla melior mihi atq; utilior
docendi discendiq; Iuris uia ex omnibus uidetur, quam si eo tum ordine, tum
sermone, quo ab initio conscripta Iura sunt, uidelicet optimo & purissimo,
tradantur bonarum artium linguarumq; nō leuiter instructæ iuuentuti. Quis
enim meliorem ordinem, quam ab ipsis Legumlatoribus datum, construeret?
quis pro Latino, proprio & eleganti sermone prudens noua, incepta, monstro-
sa uocabula deligeret, aut commutaret? Hanc rationem cùm uir clarissimus
D. Melchior Clingius, in explicatione & continuatione Titulorum Iuris
Civilis & Canonicis secutus sit, non potui ac debui institutum optimi & do-
ctissimi uiri, communia studia, sua industria atque ingenio adiuuare satagen-
tis, non probare. Tibi uero omnibus modis ornatissimo ac celeberrimo
uiro, hoc quicquid est operæ, nominatim inscribi dedicariq; uoluit, cùm
quod elegantioribus literis ac linguis essem perpolitus, adeoq; Iuris consultissi-
mus, tum quod multam sèpè in Comitijs quibusdam, ac Principiū conuentibus
benevolentiam illi & humanitatem tuam declarasse: seq; uicissim hoc qua-
licundq; officio publicè memorem, gratumq; ergate exhiberet. Ego uero quæ
tua in me iamdiu confirmata est uoluntas, dari mihi occasionem cupiebam,
mutuum aliquo modo tibi gratificandi: idq; cùm de meo aliquando facere in
animo haberem, tamen de alieno iam etiam, donec te, tuaq; uirtute & erudi-
tione dignum aliquid conquiscero, apud te uoluntatem hanc meam testificatam
esse uolebam. Tu, quæ tua est humanitas, clarissime Doctor Claudi, hanc si-
gnificationem utriusque nostrum, uidelicet, tam Melchioris, quam Iustini no-
mine, si non importunam, neque molestam tibi ducas, quanto doctrina tua ob-
splendorem fortunæ, patriamque simul et uitam amplitudinem illustrior est,
tanto illa ipsa etiam humanitas tua magis omnibus conspicua, celebriorq; est
futura. Vale feliciter. Ex Francoforo Mani, Calendis Auguſti, Anno
M. D. XLIX.

**EXPLICATIO ET
CONTINVATIO TITVLORVM IV.
RIS CIVILIS ET CANONICI PER
D. Melchiorem Clingum Iurisconsultum.**

TITVLI LIBRI PRIMI CODICIS.



OTVM HVNC LIBRVM POTERIS D^Iuidere principaliter in quatuor partes. In prima tractat ne-
gotium religionis Christianæ. In secunda, de aduersarijs il-
ius religionis. Intertia, de Iure humano, siue postriuo, cu-
ius Imperator caput & minister est. In quarta, incipit consti-
tuere iudicia, & ordinare magistratus inferiores.

Orditur autem Imperator in prima parte à Iure diuino, tanquam dignis-
simo & præstantissimo: sicuti libri Pandectarum à Iure naturali:
Et primò ponit summum articulum Christianæ religionis in Titulo:

De summa Trinitate, & fide Catholica.

Secundò, quia necesse erat certa loca constitui, in quibus diuina religio
& cultus celebrarentur, subiicit secundum Titulum:

De sacrosanctis Ecclesijs, & Privilegijs earum, &c.

Tertiò, quia loca per se nihil præstarent, nisi essent ordinatae personæ, qui
bus administratio rerum diuinorum committeretur, addit Titulum:

De Episcopis & Clericis.

Postremò, de officio Episcoporum, in Titulo:

De Episcopali audientia.

Secunda principalis pars huius libri (ut diximus) tractat de aduersarijs
Christianæ religionis, quam suprà confirmavit.

Sunt autem aduersarij, Hæretici, Manichæi, Samaritani, Anabaptistæ,
Apostatae, Iudæi, & Cælicolæ. De quibus singulis habes hic Titulos:

De Hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis.

Et quia illis aduersarijs nihil est contemptius, quam nomen Christi, inserit
obiter Titulos:

Ne sacram Baptisma reiteretur.

De Apostatis.

*Nemini licere signum Seruatoris Christi humo, uel in silice in-
sculpere.*

Deinde prohibet, ne illi aduersarij habeant Christianos ut mancipia, sub
Tit.

Ne Christianum mancipium, &c.

Et sub Titulo:

De paganis, & Templis eorum, &c.

Postremò repetit priuilegia Ecclesiarum, sub Titulis:

De his qui in Ecclesijs consuunt.

Et:

De his qui in Ecclesijs manumittuntur, &c.

Et breuiter quicquid de religione Christiana dispositum est de Iure clusi,
quære in his duabus partibus huius libri, & in quibusdam libris Authentis,
corum.

Tertiò,

LIBRI I. CODICIS.

5

Tertiō, postquam Imperator constitutiones de religione Christiana, Ecclesijs, personis ecclesiasticis, & aduersarijs illius religionis absoluisset, admovit animum ad dispositionem Iuris humani, siue positivū.

Quia autem humanum Ius propriē ex leg. constitutionibus, siue mandatis principū, edictis, siue Senatuscōsultis &c. depēdet, proponit tres Titulos:

- I. De constitutionibus Principum, & Edictis.
- II. De mandatis Principum.
- III. De Senatusconsultis.

Non tamen in illis Titulis omnes species Iuris scripti comprehendit Codex: De plebiscitis enim, & Prætorum, Aediliumq; & Curulium edictis nihil in specie disposuit: & superiores species etiam uariè tractatæ sunt. Ideō enucleationem istorum omnium sub generali Titulo tradit:

De Iure ueteri enucleando.

Cūm ergo ad conseruationem rerum publicarum, Ius scriptum introducunt, sequitur quemlibet esse obstrictum, leges siue per se, siue per alium tenere: & propter ignorantiam, neminem esse excusatum, ob id subiungit Titulum:

De iuris & facti ignorantia.

Et tantum de dispositione Iuris.

Sed ne ipsum per se, siue executore & ministro ester planè mutum, nec alia cui prodebet, postulabat necessitas aliquem constituere, cui subditi supplicant: & is est Imperator. Sequitur itaque:

De precibus Imperatori offerendis.

Et in sequenti Titulo habes effectum supplicationis:

Si quando libellus Principi datus, litis contestationem faciat.

Postea habes circumstantiam temporis, quando scilicet liceat principi suplicare, sub Titul.

Vt lite pendente.

Vel, post prouocationem, aut definitiuam sententiam, nullili.

ceat Imperatori supplicare.

Deinde pro quibus rebus supplicatio admittatur, & rescribatur, in Tit.

Si contra Ius uel utilitatem publicam &c.

Et in Titulo:

De diuersis scriptis, & pragmaticis sanctionibus, &c.

Postremō addit duo exempla, que per rescripta concedeabantur, uelut ista, & imagines, sub Titulis:

De statuis & Imaginibus.

Et:

De his qui ad statuas configinunt.

Et hæc de constitutione Iuris humani, & eius capite, hoc est, Imperatore, dixisse sufficiat.

Sequitur nunc quarta pars. Etsi leges conditæ essent, Imperatori subditi supplicare poterant. Nondum tamen satis erat, quia propter Imperij amplitudinem, omnes controversiæ coram illo supremo Iudice, hoc est, Imperatore, decidi non poterant, necesse ergo erat per prouincias & regiones ordinare Iudicia.

Quia autem ad Iudicia propriē requiruntur tres personæ, Iudex, Actor, & Reus, in hac postrema parte Imperator Iudices constituit, & sic magistris

Aa 3

EXPLICATIO TITVL.

tus inferiores, qui sunt quasi membra Imperatoris, qui caput est;
Sunt autem Iudices, de quibus illic meminit, duplices; Ordinarij, & Delegati;
Ordinarij sunt magistratus inferiores post Cæsarem, & sunt quadruples;
Maiores, Medij, Minores, & Míniimi.

Maiores sunt illustres, ut apud nos duces & principes. Ad quos refer Tit.

De officio præfecti prætorio Orientis, & Illyrici.

De officio præfecti prætorio Africæ.

De officio præfecti urbis.

De officio Magistri militum.

De officio Quæstoris.

De officio Comitis rerum priuatarum, &c.

Medij sunt spectabiles, qui mediā gerūt administrationē, ad quos refer Tit.

De officio Magistri officiorum.

De officio Comitis sacrarum largitionum.

De officio Proconsulis, & Legati.

De officio Comitis Orientis.

De officio Præfecti Augustalis.

De officio Vicarij.

De officio Prætoris.

Minores sunt clarissimi, quales sunt præsides prouinciarū, huc refer Tit.

De officio Rectoris prouinciae.

De officio Præfecti uigilum, &c.

Et prædictis adde Tit.

De officio ciuilium Iudicium.

Cum sequenti.

Minimi sunt, qui nec merum, nec misum habent, sed tantum possunt cognoscere in summis, quæ non excedunt trecentos aureos. Huc refer Tit.

De defensoribus ciuitatum.

Et:

De Magistratibus municipatibus.

Delegati uerò sunt, qui uices Iudicium ordinariorum administrant. Et de his habes Titulum:

De officio eius, qui uicem Iudicis alicuius obtinet.

Et tantum de Iudicibus.

Sicuti autem Imperator suprà sibi adiungit magistratus inferiores, ut ministros; ita uicissim illis magistratibus inferioribus adiunxit alios ministros; nempe Assessores, Consiliarios, & Cancellarios. Ideo habes Titul.

De Assessoribus, & domesticis, & Cancellarijs Iudicium.

Quibus postea salario quoq; constituit, in Titulo:

De annonis, & capite administrationum, &c.

Ad quæ quoq; pertinent multæ delinquentium, Ideo addit Titulum:

De modo mulctarum.

Et est obiter insertus Titul.

De contractibus Iudicium.

TIT V^o

LIBRI I. CODICIS.

TITVL I SECUNDI LIBRI CODICIS.

Hunc librum poteris diuidere principaliter in quinque partes. In prima tractat prima initia litis, editionis, Actionis, & Citationum. In secunda, de amicabili compositione controuersiae. In tertia, de Aduocatis & Procuratoribus. In quarta, de restitutione in integrum. In quinta, quædam tractat de præmissis quibusdam Iudiciorum;

Diximus autem in fine primi libri, omne iudicium consistere ex tribus personis; Ex Iudice, Actore, & Reo. Iudicium tractatus partim absolutus est. Sequitur de Actore & Reo.

Ante omnia tamen, ut Iudicium fiat, requiritur, ut Actor accedat Iudicem, & edat actionem suam cum instrumentis, &c. & significet quid Iuris habeat, petatq; Iudicem Reum citari. Ideo habes Titulos;

De edendo. Et:

De iniis uocando, citando.

Citatione facta, plerunq; controuersiæ amicabiliter componi solent, metu Iudiciorum. Et illa cōpositio sit pactis & transactionibus. Quare addunt Tit.

De pactis. Item:

De transactionibus.

In transactionibus autem sæpè erratur in computando. Disponit ergo Imperator huiusmodi errorem, nihil obesse ueritati, sub Titulo;

De errore calculi.

Si autem per pacta & transactiones res non potest componi, sit transitus ad Item. In quibus requiruntur qui postulent, hoc est, causas proponant. Inseritur ergo Tit.

De postulando.

Sunt autem illi qui postulant, triplices, Aduocati, Procuratores, & Negotiorum gestores.

Aduocati sunt, qui in forensibus negocij præminentibus, præbent litigantibus suum patrocinium, quod fit maximè in eorum absentia. De quibus habestres Titul.

I. *De Aduocatis diuersorum Iudiciorum.*

II. *De Aduocatis diuersorum Iudicium,*

III. *De aduocatis fisci.*

Quia autem aduocati sæpè errant in officijs suis: Item errant in Iure & facto. Sæpè etiam multa omittunt ex Iure, quæ proponenda erant, quæ Ius supplet. Ideo habes Titul.

De errore aduocatorum, uel Libellorum, uel preces concipientium.

Item:

Vt quæ defunt aduocatis partium, Iudex suppleat.

Non autem quilibet potest esse Aduocatus, cūm infames repellantur. Insertus est ergo Titulus:

Ex quibus causis infama irrogatur.

Et tantum de Aduocatis:

Procurator autem, de quo hic loquimur, est, qui in iudicio domini (& maximè in eius absentia) negotia eius administrat, agendo uel defendendo. Et sunt duplices, Licitii, & illiciti. De licitiis habes Tit, hic:

EXPLICATIO TITVL.

De procuratoribus.

Illiciti autem sunt potētiores, & litigiosi. Solent enim interdum partes patrocinium potentium aduocare, uel titulos potentiorum, siue alienos, praedictis suis affigere &c. ut aduersarios suos absterrent. Quod hic est prohibitum, tam in Actore, quam Reo, sub Titulis sequentibus:

Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare.

Item:

De his qui potentiorum nomine titulos suis praedictis affigunt.

Item:

Vt nemo priuatus titulos praedictis suis uel alienis imponat.

Item:

Vt nemini liceat sine Iudicis autoritate, signa sibi imponere, quæ alius tenet.

Item:

Ne Fiscus uel Respub. procreationem alicui patrocinij causa in lite præstet.

Et tantum de procuratoribus.

Negotiorum gestor est, qui absentis negotia sine mandato administrat.

De quo est Tit.

De negotijs gestis.

Et tantum de tertia parte:

Sequitur quarta pars. Sæpè autem sit, quod in pactis, & in transactionibus. Item in contractibus & iudicij per sententias lædimur & circumscriptiōnē aduersarij calliditate, dolo, metu, uel quibuscumq; alijs modis. Ideò beneficium restitutionis in integrum est introductum.

Est itaq; restitutio in integrum, prioris status reintegratio. Et petitur duobus modis, aut Iure actionis, aut officio iudicis.

Iure actionis peritur, quando quis metu coactus est, uel dolo inductus, ut aliquid faceret, uel non faceret. De quibus habes Tit.

De his quæ ui, metu sue causa gesta sunt.

Item:

De dolo malo.

Et hæc restitutio datur minoribus uiginti quinque an. & maioribus: Officio iudicis datur restitutio in integrū quoq; minoribus & maioribus:

Et quando de minoribus læsis quæritur, distingue: Aut læduntur in talī actu, qui ipso iure quidem ualeret, si restitutio peteretur. Aut in talī actu, qui ipso iure est nullus, etiam sine aliqua restitutione, uel facto, siue actu hominis &c.

Primo casu, necessaria est restitutio in integrum ad hoc, ut minori succurratur. Propter quas autem causas talis restitutio petenda sit, poteris elicere ex Tit. seq.

De in integrum restitutione minorum.

De filio familiās minore.

Si tutor uel curator interuenierit.

Si in communi eademq; causa in integrum restitutio postuletur.

Si aduersus rem iudicatam, &c.

Si aduersus uenditionem.

Si aduersus uenditionem pignorum.

Si aduersus

LIBRI II. CODICIS.

9

Si aduersus donationem.

Si aduersus libertatem.

Si aduersus transactionem, uel diuisionem minor restitui uelit.

Si aduersus solutionem à debitore, uel à se factam.

Si aduersus dotem restitutio postuletur.

Si aduersus delictum.

Si aduersus usucaptionem restitutio postuletur.

Si aduersus fiscum restitutio postuletur.

Si aduersus creditorem.

Si Minor ab hereditate se abstinuerit.

Si ut omniam hereditatem, uel bonorum possessionem, uel alii quid aliud requirat, &c.

Secundo casu, quando scilicet laeditur Minor in actibus, qui ipso iure non ualent, non opus est petere restitutionem in integrum, quia nihil eis obest. Qui autem sint illi actus, quare ex Tit.

In quibus causis restitutio in integrum non est necessaria.

Non tamen indistincte omnibus minoribus datur restitutio in integrum, sed sàpè denegatur. Et primò propter personam potentis: Vt si minor alio, qui singulari industria prædictus sit, uel diligens paterfamilias.

Secundò propter personam, contra quam petitur restitutio. Vt si filius petat cogtra patrem, libertus contra patronum. Vt in Tit.

Qui, & aduersus quos restitutio non postuletur.

Tertiò, propter mendacium potentis, ut quia in contractu minor dicit se maiorem. Et postea pœnitentia ductus allegat minorem ætatem petendo restitutionem. Vt in Tit.

Si minor se maiorem dixerit.

Quartò, si sàpius in integrum restitutio postuletur.

Quintò, si masculus uiginti, uel puella decem & octo annos nati ueniam ætatis impetraverint, ut habeantur pro maioribus, sub Titul.

De his qui ueniam ætatis impetraverunt.

Sextò, propter ratihabitionem actus tempore maioris ætatis, sub Tit.

Si maior factus ratum habuerit.

Ft sit restitutio in integrum in foro illius, contra quem petitur restitutio, sub Tit.

Vbi, & apud quem cognitio in integrum restitutio agitanda sit.

Potest autem petere restitutio in integrum ipsemet qui læsus est, uel elustutor, curator, uel procurator, sub Tit.

Etiam per Procuratorem causam restitutio agi posse.

Et restitutio postulata, omnes res litigiosæ, & iniuriæ debent manere in eodem statu, sub Tit.

In integrum restitutio postulata, ne quid noui fiat.

Effectus restitutio in integrum, est reintegratio pristini iuris & status, sub Tit.

De reputationibus quæ sunt in iudicio in integrum restitutio.

Et tantum de restitutio Minorum &c.

Maiores autem uiginti quinq; annis læsi una cum uxoribus & liberis eorum, etiam restituuntur in integrum officio Iudicis, ex multis causis.

I. Est

EXPLICATIO TITVL.

I. Est causa militiae:

II. Absentia causa Reipub. quas habes sub Tit.

De restitutione militum, & eorum qui Reip. causa absuerunt.

Item:

De uxoribus militum, & eorum qui Reip. causa absunt.

Aliæ autem causæ sumuntur ex qualitate rei, & maximè in contractibus bonæ fidei, ut in Tit.

Quibus ex causis maiores in integrum restituantur.

Inter quas tamen potest & hæc connumerari, si alienatio fuerit facta causa mutandi iudicij, sub Tit.

De alienatione mutandi iudicij causa facta.

Tempus autem restitutionis datur minoribus usq; ad uigesimum nonum annum, Additur enim maiorí ætati quadriennium.

Maioribus autem datur ad quadriennium. Hoc habes sub Titul:

De temporibus in integrum restitutionis, tam Minorum, quam aliarum personarum, &c.

Ex hæc de quarta partè huius libri dixisse sufficiat.

Si autem controversiae (ut diximus) pactis, & transactionibus componi non possunt, redditur ad iudicia, ad quæ facta est præparatio per editionem actionis & citationis.

Fiunt autem bifariam. Aut enim compromittitur in arbitros ut laudent & standum est illorum laude, id est, sententia, si compromissum ualuit. Ut habes hic in Tit.

De receptis arbitris.

Aut proceditur coram Iudice ordinario, ut feratur sententia.

Quia autem tam in arbitrijs, quæ sunt ad instar iudiciorum, quam in iudicij ordinarijs, requiritur ordo iudicarius, præmittit hic Imperator Tit.

De satisdando.

Partes autem ante ingressum litis, pignoribus uel fideiussoribus, siue per iuratoriam cautionem satisdare, & quoq; in ipso ingressu litis iurare coguntur, quod non calumniosè uel agere, uel excipere uelint, sub Titul:

De iureiurando propter calumniam factio.

TITVL LI BRI TERTII CODICIS.

HVnc librum diuide principaliter in sex partes. In prima, ponit titulum generalem de iudicij. In secunda, quæ personæ possunt esse in iudicij. Iudices, Actores, & Rei. In tertia, incipit iudicium, &c. In quarta, ponit effectum iudiciorum. In quinta, tractat de quibusdam causis in specie, ubi de illis agi oporteat. In sexta, agit de quibusdam actionibus, quæ in iudicij proponuntur.

In prima (dixi) præmittit titulum generalem de iudicij.

Quia autem in iudicij requiruntur multi ministri, ut apparitores, & litium executores, quibus pro laboribus debentur salary, quæ sportulæ uocantur. Subiungit ergo Titulum:

De sportulis & sumptibus in diversis iudicij faciendis. Et excessu litium.

Et tantum de prima parte, &c.

Suprà autem in primo & secundo libro quædam de iudicibus delegatis, Actori-

LIBRI III. CODICIS.

Autoribus & Reis in genere dicta sunt, ea hic obiter repetuntur. Et additur, qui possunt dare Iudices delegatos, id est, commissarios; nempe qui iurisdictiōnem habent ordinariam. & qui dari possint; item qui in Iudiciis possint esse Actores uel Rei, necne. Et neminem cogendum ut agat, uel accuset, sub Titul.

De pædaneis Iudicibus, id est, inferioribus.

Item, qui sua Iurisdictione Iudices dare dariue possint.

Quilegitimam personam standi in Iudiciis habeant, uel non: id est, qui possint esse Actores, uel Rei in Iudiciis.

Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur.

Quia autem Iudicium officium est cognoscere in alienis causis, prohibetur hic, ne quis in propria causa iudicet: sub Tit.

Ne quis in sua causa iudicet, uel ius sibi dicat.

Sepè autem incident accidentales causae in negotijs principalibus, propter personas agentium, reorum, uel similitum rerum: disponitur ergo quæ causæ primū debeat decidi, accidentales, uel principales, sub Tit.

De ordine iudiciorum.

Et tantum de secunda parte.

Absoluto tractatu de Iudicibus, Autoribus & Reis, &c. redit ad iudicia, & ponit exordium iudiciorum, si uelitis, sub Tit.

De litis contestatione (quæ est quasi negotij principalis utrumq;

apud Iudicem directa narratio.)

Post litem autem contestatam, sèpè Actores plus petunt, quam debetur. Ideo additur Titul.

De plus petitionibus.

Et de iudicio cœpto per litis contestationem, cùm perueniendum est ad probationes, dantur dilationes partibus, quæ sunt duplices:

Quædam enim dantur à Iudice gratia testimoniū, uel instrumentorum: De quibus hic habes Tit.

De dilationibus.

Aliæ uero dantur à lege, ut feriæ, sub Tit.

De ferijs.

Sequitur quarta pars. In Iudiciis autem coguntur etiam inuiti omnes, qui sunt sub territorio uel iurisdictione Iudicis ordinarij, & hic est effectus iudiciorum, sub Tit.

De iurisdictione omnium Iudicium.

Et:

De foro competenti.

Ab hac regula tamen excipiuntur quædam personæ, quæ cogi non possunt respondere suis Iudicibus ordinarijs, si imperauerint beneficium ab Imperatore, quales sunt pupilli, uiduæ, & aliæ miserabiles personæ, sub Titul.

Quando Imperator inter pupilos, uel uiduas, uel miserabiles

personas cognoscat. & ne exhibeat.

In quinta, diximus tractari de quibusdam causis in specie, ubi de illis agi oporteat, quas poteris elicere ex Tit. seq.

Vbi de criminibus agi oporteat.

Vbi de possessione agi oporteat.

EXPLICATIO TITVL.

Vbi fideicommissum peti oporteat.

Vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit.

Vbi in rem actio exerceri debeat.

Vbi de hæreditate agatur. **Vel:**

Vbi hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.

Vbi de ratiocinijs tam publicis quam priuatis agi oporteat.

Vbi causa status agi debeat.

Vbi quis de curiali uel cohortali conditione conueniatur.

Vbi Senatores, uel clarissimi ciuiliter uel criminaliter conueniantur.

In quibus causis militantes fori præscriptione, id est, exceptione incompetentis Iudicis uti non possint.

Vbi causæ fiscales, uel diuinæ domus, hominumq; eius agantur i

Suprà quoque regula tradita est, neminem posse Iudicem esse in propria causa. Hæc fallit in quibusdam casibus, quos habes hic sub Titul.

Quando liceat unicuiq; sine Iudice se uendicare, &c.

Sexta pars tractat de actionibus, quæ in Iudicijs proponuntur. Principalis autem diuisio Actionum hæc est, quod aut sunt reales, aut personales.

Reales sunt, per quas domini res suas ab alijs possessas vindicant. Et subdile uiduntur in uniuersales & singulares.

Vniuersalis est, quæ res non sigillatim, sed per uniuersitatem petimus: qua

Ils est petitio hæreditatis. De qua habes hic Tit.

De petitione hæreditatis.

Quia autem in petitione hæreditatis sæpè obstat petenti, aut testamentum factum à defuncto, in quo alios instituit hæredes; aut alienatio, qua uiuus per donationem, uel causam dotis res suas alienauit. Ideò præmittit Titul.

De inofficio testamento.

De inofficio donationibus. Et:

De inofficio dotibus.

Actiones autem reales singulares sunt, quibus singulas res prosequimur, circa quas distingue:

Autres de quibus contenditur, sunt in bonis nostris, id est, non sacra, non sanctæ, non religiosæ.

Aut non sunt in bonis nostris.

Primo casu sunt Actiones duplices: Petitoriae & Diuisoriae.

Petitoriae sunt, quibus petimus res, & circa illas distingue:

Aut petimus res corporales, quæ scilicet tangi possunt, & datur rei uenditatio. De qua habes hic Tit.

De rei uenditione.

Aut res incorporales petimus, quæ scilicet tangi non possunt, quales sunt seruitutes, & datur actio confessoria, qua contendimus nobis seruitutem in bonis alicuius competere: uel actio negatoria, qua negamus alicui in bonis nostris seruitutem competere.

Seruitutes autem sunt duplices: Personales & Reales.

Personales sunt, quæ inhærent personæ, & unā cum persona intereunt, quales sunt usufructus, usus & habitatio. De quibus habes hic Titul.

De usu.

De usufructu & habitatione.

Reales uero sunt seruitutes, quæ rei, hoc est, fundo uel domui &c; inhærent, utcumq; persona (cui inhæret & debetur) pereat & intereat. Et subdviduntur in seruitutes urbanorum prædiorum, & rusticorum prædiorum. De utrisq; habes Tit. hic:

De seruitutibus & aqua.

Illis autem rebus, quas per dictas actiones petimus, sæpè dantur damna, rumpendo, comburendo, uel frangendo, ita quod de resarciendo damno agitur. Quo casu distingue:

Aut damnum datum est à libero homine, & datur actio legis Aquilæ ad resarcendum illud damnum. Ideo habes Titulum:

De lege Aquilia.

Aut fit à seruo, & datur actio noxalis, qua petitur, ut dominus serui, aut litis estimationem præstet, aut seruum det pro noxa. Itaq; subiungit Titulum:

De noxalibus actionibus.

Et tantum de petitorij.

Actiones autem reales diuisoriae sunt, per quas petimus res diuidi: & sunt tres: Familiae erciscundæ, Communi diuīdundo, & finium regundorum.

Familiae erciscundæ sunt, qua petitur hæreditas diuidi (Hæc tamen est universalis.)

Causa communi diuīdundo est, quæ petimus res communes diuidi, &c;

Finium regundorum est, quæ proponitur ad distinctionem finiū in prædijis rusticis. De quibus habes hic tres Tit.

Familiae erciscundæ.

Communi diuīdundo. *Et:*

Finium regundorum.

His additur Titulus, in quo disponitur, quid illæ priores duæ actiones habent inter se commune, sub Titul.

*Communia utriusq; Iudicij, tam Familiae erciscundæ, quam com
muni diuīdundo.*

Et in prædictis actionibus pleruncq; erant plures confortes eiusdem litis, & repellebantur sæpè agentes, si quidam ex eis abessent, & quoq; defendebant se exceptione, si aliqui conueniebantur in aliorum absentia; & hoc fiebat studio protractandæ litis, quod Imperator hic sustulit in Tit.

De confortibus eiusdem litis.

Inseritur & hic obiter Actio ad exhibendum, sub Tit.

Ad exhibendum.

Quæ est quasi præparatoria rei uendicationis. De qua suprà.

Aut res de quibus agitur, non sunt in bonis nostris: Vt religiosæ res, monumenta, sepulturæ, &c. Et illæ nec uendicantur, nec diuiduntur, sed alio iure defenduntur, uel per actionem in factum, uel per interdictum de mortuo inferendo. Ideo ponit Tit.

De religiosis, & sumptibus funerum.

Et in fine illius Tituli appendit:

De aleæ lusu, & aleatoribus, &c.

TITULI LIBRI QVARTI CODICIS.

IN hoc libro tituli non cohærebunt ordine, ut in superioribus: singula ta-
men suo loco tradentur.

EXPLICATIO TITVL

Poteris autem hunc librum diuidere in quinq̄ partes. In prima tractat actiones, quæ condic̄iones vocantur. In secunda ponit regulam cum quibusdam exemplis de fallentijs. In tertia est alia regula cum quibusdam fallentijs. In quarta est materia probationum. In quinta redit ad Actiones ex contractibus prouenientes.

Suprà autem in fine tertij librī diuisimus Actiones in reales & personales: & reales absoluimus.

In quibusdam autem librīs sequentibus absoluet tractatum Actionum personalium.

Sunt autem actiones personales, quæ oriuntur ex contractibus, quasi contractibus, delictis, quasi delictis.

In hoc autem libro explicabit eas actiones, quæ oriuntur ex contractibus: & vocantur propriè condic̄iones.

Est autem condic̄io actio, qua Actor intendit sibi aliquid dari, id est, dominium alicuius rei in se transfert. Et diuiditur condic̄io in condic̄ionem certi, & condic̄ionem ex lege.

Condic̄io certi est, qua perimus quid, quale, quantum. Et est duplex: Condic̄io certi specialis, & condic̄io certi generalis.

Condic̄io certi specialis datur tantum pro recipiendo mutuo: De qua est Titulus:

Sic certum petatur &c.

Condic̄io certi generalis datur in omnibus alijs contractibus & obligatiōnibus, ubi quid certi petitur.

Et primō dāt pro suffragio, quod propriè est salariū Aduocatorū, sub Tit.

De suffragio.

Secundō, pro repetenda re indebitē soluta, sub Titul.

De condic̄ione indebiti &c.

Tertiō, pro repetenda re ob honestam causam data, causa non secura.

Ob turpem enim causam datum, quibus modis repetitur, sub Tit.

De condic̄ione ob causam datorum.

Item:

De condic̄ione ob turpem causam.

Quartō, pro repetenda re furto ablata (à fure tantum) sub Titul.

De condic̄ione furtiva.

Condic̄io uero ex lege dator, quando ex noua lege actio introducit, nec cauetur quo genere actionis experiamur, agimus ex beneficio illius legis, quæ eam introduxit. Ideo habes hic Titul.

De condic̄ione ex lege sine causa, uel iniusta causa.

Et illæ condic̄iones ordine, processu iuris seruato, intentari debent.

Nec incipendum est ab executione, sequestrando rem debitoris. Ideo inseritur Titul.

De prohibita sequestratione pecuniae.

Addit etiam Titulum generalem.

De actionibus & obligationibus.

Quia autem sœp̄ testatores, dum uiuunt, sunt obligati, sed demum post mortem eorum obligationes & actiones in hæredibus & cōtra hæredes ipsorum incipiunt. Ideo insertus est Tit.

Vt actiones ab hæredo, & contra hæredem incipient, &c.

In secunda parte est regula, Neminem ex alterius contractu uel deligo esse

LIBRI IISI. CODICIS.

15

esse conueniendum. Huius regulæ ponit hic exempla, sub Titul. seq.

Ne uxor pro marito. Vel:

Maritus pro uxore. Vel:

Mater pro filia conueniatur.

Nefilius pro patre.

Pater pro filio emancipato. Vel:

Libertus pro patrono. Vel:

Seruus pro domino conueniatur.

An seruus ex suo facto post manumissionem teneatur.

Hæc regula fallit. Primo, si debitor alicuius condemnetur, nec esset soluendo, habeat tamen alios debitores, illi possunt eius creditores conuenire, licet nihil cum eis contraxerint, sub Titul. C.

Quando Fiscus uel priuatus debitoris sui debitores conuenire possit, uel debeat.

Secundo fallit in hæredibus, qui conueniuntur actionibus hæreditarijs? Tertiò, si lis super delicto defuncti contestata sit, uel aliquid ad hæredes ex eo peruenit, conueniri possunt ex delicto defuncti, sub Tit. •

De delictis defunctorum, in quantum hæredes conueniantur.

Quartò, si quis constituit se soluturum pro alio, sub Tit.

De constituta pecunia.

Quinto fallit in eo, qui proposuit aliquem ministrum tabernæ, uel alij negotiatori, qui institor appellatur, & in exercitore, quem magistrum uel rectorem alicui nauij præposuit. Illi enim præponentes possunt conueniri ex contractibus præpositorum, id est, institorum & magistrorum nauium. De quibus habes Titul.

De institoria & exercitoria actione.

Sexto, fallit in patre, qui conuenitur in contractu filij peculiotenus, id est, quantum est in peculio filij: uel si iussu patris filius contraxerit, uel quid ex contractu filij, in rem patris uersum est, sub Tit.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum dicetur. Vel:

De peculio, siue quod iussu, aut de in rem uerso.

Sicuti autem pater potest obligari ex contractu filij, ita ut conueniatur; sic econtrà, potest aliquid ex eius contractu lucrari, sub Titul.

Per quas personas nobis acquiritur.

Eittantum de secunda parte,

Tertia pars tradit aliam regulam, uidelicet quod quilibet ex proprio contractu tenetur, & conueniri potest.

Hæc regula fallit, primùm, si fīlius familiās acceperit mutuum ab aliquo, tunc ex beneficio Senatusconsulti Macedoniani, nec ipse, nec pater eius conueniri possunt, ut hic sub Titul.

Ad Senatusconsultum Macedonianum, &c.

Secundo, si mulier fideiussit, aut intercessit pro aliquo, non tenetur ex ilia sua fideiussione, sub Titul.

Ad Senatusconsultum Velleianum, &c.

Tertiò, dans chirographum, in quo testatur, spe futuræ numerationis se certam pecuniæ summam accepisse: quam si non accepit, habet exceptionem non numeratae pecuniæ contra creditorem intra biennium, sub Titul.

Bb

EXPLICATIO TITVL.

De non numerata pecunia, &c.

Quartò fallit in eo, qui paratus est compensare. Est enim compensatio crediti & debiti ex utraq[ue] parte contributio. Ideo habes Titul.

De compensationibus.

Et per illas exceptiones minuitur intentio actorum: e contrario tamen sunt modi, per quos augetur actorum intentio, ut usura, quæ dicitur accessio ex acta ultra sortem. De qua habes hic Tit.

De usuris. Et:

De nautico fœnore.

Et hæc de tertia parte sufficiant, &c.

Quarta pars est inserta secundæ parti hic, & tractat de probationibus, que in actionibus requiruntur, sub Titul.

De probationibus.

Est autem probatio rei dubiæ per argumenta ostensio. Et fit tribus modis: per iuramentum, testes, & instrumenta.

De iuramento habes primum Titulum huius libri.

De rebus creditis, & iureiurando.

De reliquis sequuntur Tituli hic.

De testibus.

De fide instrumentorum &c.

In instrumentis tamen sæpè aliter scribitur quam actum est, & sic multa simulantur, quæ non sunt. Additur itaq[ue] Titul.

Plus ualere quod agitur, quam quod simulatè concipitur, &c.

In quinta parte redit ad actiones, quæ ex contractibus proueniunt. Contractus sunt duplices: Nominati, & Innominati.

Nominati sunt quadruplices: Quidam enim contrahuntur re, quidam uerbis, quidam literis, quidam consensu, &c.

Re contrahuntur, mutuum, indebitum, commodatum, pignus, & depositum. De mutuo & indebito habuimus suprà duos Titulos:

Sic certum petatur. Et:

De conditione indebiti.

Sequuntur iam Tituli:

De commodato.

De pignoratitia actione, & Depositi. Vele contra, &c.

De contractu autem qui uerbis contrahitur, hoc est, stipulatione, dicemus infra libro octavo, in Tit. De contrahenda & committenda stipulatione, &c.

Et de contractu literarum suprà diximus, in Tit. de nō numerata pecunia;

Sequuntur itaq[ue] contractus, qui consensu contrahuntur, qui sunt: Mandatum, Societas, Emptio, Venditio, Locatio, & Conducitio;

De mandato habes duos Titul.

Mandati uel contrâ. Item:

Si seruus se emi mandauerit.

De societate habes unum Titul.

Pro socio.

Materia autem emptionis & uenditionis per multos titulos sparsa est. Sub diuide ergo hoc membrum in sex partes.

In prima tractat, quæ res possint uendi, necne. Possunt autem uendi tam res corporales quam incorporales.

De

LIBRI IIII. CODICIS.

27

De uenditione rerum corporalium extat Titul:

De contrahenda emptione.

De incorporalibus uero Titulus:

De hæreditate uel actione uendita.

Et hoc est uerum, si res propriè alicuius uenditur, sub Titul.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum administrationem.

Vendi uero non possunt, primo purpuræ, quibus princeps utitur in maiestate, nec sericum à barbaris, sub Titul.

Quæ res uendi non possunt, & quæ uendere uel mercari uel tantur.

Secundò, prohibetur uendi & transferri oleum, uinum, &c. ad barbaros; Item arma ad hostes Imperij, sub Titul.

Quæ res exportari debeat.

Tertiò, Eunuchi, sub Titul.

De eunuchis.

Quartò, liberi à parentibus, sub Titul.

De parentibus qui filios suos distraxerunt.

Quintò, res alienæ, sub Titul.

De rebus alienis non alienandis. Et:

De prohibitarum alienatione, uel hypotheca &c.

In secunda parte tractat quando emptio perfecta, altera parte inuita, uel utram consentiente possit rescindi, sub Titul.

De rescindenda uenditione.

Quando liceat ab emptione discedere, &c.

In tertia disponit quod emptio debeat fieri sine præjudicio tertij, sub Titul.

Si propter publicas pensationes uenditio fuerit celebrata.

Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse.

De communium rerum alienatione.

Quia autem in uenditionibus re nondum tradita, res uendita interdum periret, uel augetur, tractatur ad quem illud periculum uel commodum spectet, sub Titul.

De periculo & commodo rei uenditæ.

Et subiicit quid Iuris sit, si quis alterius nomine emit, uel nomine proprio, de pecunia tamen aliena, sub Titul.

Si quis alteri, uel sibi alterius nomine, uel aliena pecunia emerit, &c.

In quarta habes quæ actiones dentur ex hoc contractu. Dantur autem actiones bifariam: Primo de Iure ciuili, de quo habes Titul:

De actionibus empti & uenditi.

Secundò, de Iure prætorio, sub Titul:

De ædilitijs edictis.

In quinta tractat de pactis, quæ in uenditionibus apponuntur. Sunt autem infinita pactorum genera, quæ hic recenseri non possunt. Tum autem dic pactsa esse duplicita, Licitæ, & illicitæ.

De licitis pactis habes exempla in Titul seq.

De pactis inter emptorem & uenditorem.

Siscruus exportandus uegetat.

EXPLICATIO TITVL:

Sub illo pacto, ut seruus transferatur in alium locum.

Si mancipium ita ueneat, ne prostituatur.

Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur. Vel contra.

Illicita pacta sunt, quando paciscuntur, ut species diuersorum corporum in negotiationibus, non minoris quam inter se statuerint, uenudentur &c. De quibus habes Titul.

De monopolij.

Et:

*De conuentu negotiatorum illico, uel artificio ergalaborum,
nec non balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis &c.*

In sexta habes de locis, ubi maximè contrahitur uenditio, sub Titul.

De nundinis.

In nundinis autem exigitur uectigal, quod qui non præstant, incidentia commissum. Ideo habes Titul.

De uectigalibus & commissis.

Postremo, addit quædam specialia de mercatoribus, sub Titul.

De commercijs & mercatoribus.

Et tantum de emptione, &c.

De locatione autem & conductione habes Titul.

De locato & conducto.

Quia autem emphyteusis uidetur similis locationi, subiungit Titul.

De contractu emphyteutico.

Et tantum de contractibus nominatis.

Contractus innominati sunt, Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias. Inter quos numeratur etiam permutatio; & datur ex eis actio præscriptio priuerbis. Ideo habes Titul.

De rerum permutatione, & præscriptis uerbis.

Et tantum de quarto libro:

TITVL LI BRI QVINTI CODICIS:

Hic liber potest diuidi principaliter in tres partes. In prima tractat de causa matrimonialibus cum circumstantijs causarum. In secunda de concubinatu. In tertia de tutelis, &c.

Primam partem subdivide in quatuor particulas: In prima tractat de præparatorijs nuptiarum, qualia sunt, Sponsalia, Arræ, Prosenetitia, Donationes ante nuptias, uel propter nuptias, &c. De quibus habes Titul.

Desponsalibus, & arris sponsalitijs, & prosenetitijs.

Si Rector prouinciae, uel ad eum pertinentes sponsalitijs dederint arras.

De donatione ante nuptias, uel propter nuptias, et sponsalitijs.

In secunda instituit tractatum de nuptijs.

Sunt autem nuptiæ duplices: Primæ & secundæ. Unaquaque illarum subdividitur in licitas & illicitas.

De licitis habes hic Titul.

De nuptijs.

Illicitæ sunt, quæ sunt prohibita: Prohibentur autem duabus ex causis: Primo, nomine consanguinitatis & affinitatis, sub Tit.

De incestis & inutilibus nuptijs.

Secundo, nomine officiorum. Quod quoq; sit bifarium: Autratione priuati

uartiofficij, ut inter pupillum & tutorem, &c. sub Titul.

De interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem, seu cur-

ratorem, filiosque eorum.

Aut ratione publici officij: ut si officiales &c. uel int ducere subditas ipso-

rum, sub Titul.

Si quacunq; praeditus potestate, uel ad cumpertinentes, ad sup-

positarum iurisdictionis uae aspirare tentauerint nuptias.

Et illæ prohibitæ nuptiæ etiam per rescriptum principis impetratînō pos-

sunt, sub Titul.

Si nuptiæ ex rescripto petantur.

Secundæ autem nuptiæ dicuntur omnes ulteriores post primas. Et in qui-

busdam casibus sunt mulieribus sub poena prohibitæ, ideo habes Titul.

De secundis nuptijs.

Si secundo nupserit mulier, cui maritus usum fructum reliquit, &c.

Quia autem in nuptijs promittitur uel numeratur sponsodos, uel de ea ca-

uetur: item sunt donationes propter nuptias, & durante matrimonio, reci-

procæ donationes inter maritum & uxorem.

In hac tertia particula, de promissione, numeratione, & cautione dotis: Itē

quæ detur actio, quæ interponantur pacta, & de donationibus ipsorum con-

jugum, disponit sub Titul. seq.

De dotis promissione, & nuda pollicitatione.

De Iure dotium.

De rei uxoriae actione, in exstipulatu actionem transfusa, & de

natura dotibus praestita.

De pactis conuentis tam super dote, quam super donatione ante

nuptias, & paraphernis.

De dote cauta non numerata.

De donationibus inter virum & uxorem, & a parentibus inli-

beros factis, & de ratihabitione.

Nuptijs autem contractis, & de dote soluta, sœpè fit earum dissolutio per

diuortium, ita quod dos à marito repetatur. Ideo in hac quarta particula tra-

ctat de diuortijs, sub Titul.

De repudijs, & iudicio de moribus sublato.

Diuortij autem effectus est, quod dos restituitur uxori. Fit tamen illa resti-

tutio duobus modis. Primo, soluto matrimonio per diuortium, sub Titul,

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Secundò, durante matrimonio, & quibusdam causis, sub Titul.

Si dos constante matrimonio soluta fuerit.

Et in dotis restitutione conuenient tantum maritus, non autem fideiussor-

res, qui forte de facto dati essent, sub Titul.

Ne fideiussores uel mandatores dotium dentur.

Et si diuortio facto mulieres descendentes amouerint quasdam res marito-

rum suorum, & repetierint dotem, fit compensatio dotis, & rerum amota-

rum, sub Tit.

Rerum amotarum.

Nec potest uxor pro dote suam mariti bona accipere, sed ordine iuris serua-

to, exigere dotem debet, sub Titul.

EXPLICATIO TITVL.

Nec pro dote mulieris bona quondam mariti abdicentur, id est, insolutum dentur.

Eam enim rem, quam dedit in dotem, petere debet, sub Titul.

De fundo dotali.

Post diuortium autem s^æpē extant liberi, ex separatis coniugibus procreati, de quorum educatione oritur contentio. Disponitur ergo ubi post diuortium morari, educari, & ali debeat, sub Titul.

Diuortio factō apud quem liberi morari, uel educari debeat.

De alendis liberis a parentibus &c.

Post causas matrimoniales tractat de concubinis, quarum liberi naturales dicuntur, & possunt legitimari, de quibus habes Titul.

De concubinis.

De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur, &c.

Tertia pars tractat de tutelis. Sunt autem duplices, qui alias tuerentur: Tutores & curatores.

Tutoris tantum dantur pupillis, & puberibus, usq^e in decimum quartum annum.

Curatores uero dantur adultis usque ad uigesimum annū, furiosis & prodigiis, cuiuscunq^e aetatis sint.

Adultis dantur bifariā: Aut ad administrationem rerum, aut ad lites:

De curatore ad lites extat Titulus infrā, in medio ferē huius partis.

De in litem dando tutori, uel curatore.

De his uero qui furiosis dantur, uel prodigiis, extat Titulus in fine ferē huius libri.

De curatore furioso uel prodigi.

De reliquis tota h^ac pars disponit, quam subdividit in quatuor partes:

In prima tractatur diuisio tutelarum. Est enim tutela triplex: Testamentaria, Legitima, & Datiua.

Testamentaria est, quando pater in testamento tutores dat, qui interdum a iudice confirmantur. De quibus habes Titul.

*De testamentaria tutela.**De confirmingo tutori.*

Legitima est, quae datur a lege, nullo tutori ex testamento extante: Et est quadruplex: Agnatorum, Patronorum, parentum, & Fiduciaria. De quibus habes Titul.

De legitima tutela, &c.

Datiua est, quando neq^e ex testamento, neque etiam a lege tutores extant; sed Iudex uel magistratus dat, & in ea requiruntur multæ circumstantiae personarum, locorum, & temporis: nempe qui possunt petere tutores. Secundo, ubi petantur. Tertio, quales debeant esse personæ quæ dantur. Quartò, quando dentur, sub Titulis sequentibus.

Qui petant tutores uel curatores.

Vbi petantur tutores uel curatores.

De tutoribus uel curatoribus illustrium uel clarissimarum personarum.

Qui dare tutores uel curatores possint: & qui dari possint, Quando uel non.

LIBRI V. • CODICIS.

Quando mulier tutelæ officio fungi potest.

In quibus causis habenti tutorem, tutor uel curator dari possit.

In secunda particula tractat de administratione, periculo, obligatione, satisfactione, suspicione, & similibus tutorum.

Tutores enim tenentur reddere rationem administrationis. Et si ex ipso rum negligentia rebus pupillorum aliquid damni accederet, tutores sustinebunt periculum.

Pupilli autem & Minores ex tutorum uel curatorum dolo conueniri non possunt, nisi inde facti sint locupletiores, sub Tit.

De administratione tutorum, uel curatorum, & pecunia pupil lari fæneranda uel deponenda.

Et:

De periculo tutorum, uel curatorum.

Quando ex facto tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri possint.

Et licet plures sint tutores, unus tamen solus potest administrationem age, & nomine pupilli conueniri, sub Tit.

Quando ex pluribus tutoribus uel curatoribus omnes uel unus agere pro minori, uel conueniri possint.

Nullus tamen tutorum admittitur ad tutelam sine satisfactione, nec durante tutela uectigalia conducere possunt, quia omnia bona tutorum sunt obligata pupillis, & per illam conductionem obligarentur quoq; fisco, in prædictum pupillorum, sub Tit.

Ne tutor uel curator uectigal conductat.

De labore uel curatore, qui non satis dedit, &c.

Et si tutores suspecti fuerint, remouentur propter suspicionem, sub Tit.

De suspectis tutoribus uel curatoribus.

Quidam enim gerunt se pro tutoribus, cum tamen non sint. De his est Tit.

De eo qui pro labore uel curatore negotia gescit.

Nec tutores regulariter contra matris voluntatem dari possunt. Si autem mater consentiat, & promiserit tutoribus indemnitatem, illa promissio tutoribus nihil proderit.

Pupilli autem apud matrem educari debent, si ad secunda uota non transit, quibus tenentur tutores præstare alimenta, sub Titulis sequentibus:

Si mater indemnitatem promiserit.

Si tutor contra matris voluntatem datus sit.

Vbi pupilli educari debeant.

De alimentis pupillo præstandis, &c.

In tertia parte tractat de actionibus, quæ competit in tutelis. Sunt autem duplices: Actio directa, & Actio contraria.

Directa competit pupillis, qua agunt contra tutores, uel eorum hæredes, uel etiam fideiussores, ut rationem reddat tam de bonis immobilibus, quam etiam prouenientibus, & usuris, sub Titul.

Arbitrium tutelæ.

De hæredibus tutorum.

De fideiussoribus tutorum uel curatorum.

De usuris pupillaribus.

Agitur

EXPLICATIO TITVL.

Agitur autem contra eos bifariam. Aut tutores gesserunt administratio-
nem, & tenentur simpliciter; aut non gesserunt, & tunc si contutores, quibus
commissa erat administratio, tanquam suspectos non accusauerunt, de eo quo-
que tenentur.

De diuidenda tutela, pro qua parte quisque tutorum conueniatur, si tutor
non gesserit. Et in hac actione specialiter iuratur contra tutores in item, si
instrumenta proferre noluerint, sub Titul.

De in litem iurando.

Actio tutelæ contraria est, quæ datur tutoribus & curatoribus contra pu-
pilos & minores, qua consequuntur id, quod nomine ipsorum exposuerunt,
sub Titul.

De contrario iudicio tutelæ, &c.

In quarta parte habes de autoritate tutorum, & quibus modis tutela finia-
tur, uel impediatur, sub Titul. seq.

De autoritate præstanta.

Quando tutores uel curatores esse desinant.

De actore à tute re seu curatore dando &c.

Et licet tutela finiatur pubertate, nihilominus tamen tutor adesse cogitur
adulto in his negotijs, quæ ab ipso incepta sunt, sub Titul.

Vt causæ post pubertatem adsit tutor.

Et tantum de Quinto libro.

TITVL LI BRI SEXTI CODICIS.

IN hoc libro tractatur materia successionis, tam de Iure prætorio, quam de
Iure ciuilis; tam ex testamento, quam ab intestato.

Dividit ergo principaliter in sex partes. In prima præmittit duos Titu-
los alienos planè ab hac materia. In secunda tractat de Iure patronatus. In
tertia de successione secundum Ius prætorum. In quarta de successionibus
de Iure ciuili ex testamento. Quinta disponit de legatis. In sexta de succe-
sionibus de Iure ciuili ab intestato.

Primo, dixi, præmittit duos Titulos, planè alienos ab hac materia:

De seruis fugitiuis, & libertis, mancipijs & ciuitatum &c.

De furtis, & seruo corrupto &c.

Secundam partem dixi continere Ius patronatus. Habuerunt autem pa-
tronii in libertis multa Iura.

Primo, liberti tenebantur patronis ad operas.

Secundo, succedebant patroni libertis, ideoque libertus in fraudem patroni
de rebus suis nihil poterat alienare.

Tertio, tenebatur libertus patrono, eiusque liberis præstare reverentiam &
obsequium, sub Titul.

De operis libertorum.

De bonis libertorum, & Iure patronatus.

Si in fraudem patroni alienatio à libertis facta sit.

De obsequijs patrono præstandis.

Patroni tamen amittunt hæc iura omnia: primo, si liberti ius aureorum
annulorum impetrauerint;

Secundo, si constitutionem natalium consecuti fuerint, sub Titul.

De Iure aurorum annulorum.

Et:

De

LIBRI VI. CODICIS.

23

De natalibus restituendis &c.

In tertia parte tractat de bonorum possessione, quæ est successio iuris pretoriij: & potest eam petere tam paterfamilias, quam filiusfamilias; immo etiam tutor nomine infantis, &c. Fit autem illa petitio à liberis intra annum utilem; à reliquis autem remotionibus gradu, intra centum dies utiles.

Et si quidam, quibus debetur bonorum possessio, petterint eam, quidam uero non petierint, accrescit portio non potentium portioni potentiu, sub Tit.

Qui admitti ad bonorum poss. & intra quod tempus, &c.

Quando non potentium partes potentibus accrescunt &c.

Sunt autem duplices bonorum possessiones: Ordinariae, & extraordinariae. Ordinariae subdiuiduntur in eos, qui sunt ex testamento, & eos qui sunt ab intestato, &c. Ex testamento sunt duas: Secundum tabulas, & contra tabulas. Ab intestato sunt quatuor:

Vnde liberi,

Vnde agnati,

Vnde cognati, &c

Vnde uir & uxor.

Extraordinariae quatuor sunt: Prima, quæ datur ex nouis legibus.

Secunda, quæ ex Carboniana.

Tertia, quæ datur nomine uentris.

Quarta, quæ datur nomine litis agnoscendæ: De quibus omnibus habes

Titul. De bonorum possessione secundum tabulas.

De bonorum possessione contra tabulas, quam Praetor libertis pollicetur.

De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis libertisque eorum datur.

Vnde liberi.

Vnde legitimi, &c

Vnde cognati.

Vnde uir & uxor.

De Carboniano edicto.

In bonorum autem possessionibus hoc obseruatur, quod si quidam ex uno capite defecerint, defertur bonorum possessio, sequentibus sub Titul.

De successorio edicto, &c.

Nemo tamen cogitur bonorum possessionem agnoscere. Potest enim, si uult, eam repudiare antequam agnoscat Agnitam autem repudiare non potest, sub Titul.

De repudienda bonorum possessione, &c.

Et in bonorum possessionibus liberi conferunt, quæ ex bonis defunctorum consequuti sunt. Ideo subiungit Titul.

De collationibus.

In quarta parte tractatur de successionibus, de iure ciuili ex testamento.

Sunt autem testamentia duplia: Perfecta & imperfecta.

Testamentum perfectum est, in quo septem testes sunt adhibiti, &c. Et est duplex: Militare, & Paganicum, &c.

Militare est, quod miles in castris facit, sub Titul.

De

De testamento militis.

Paganicum est, quod extra castra constituti faciunt, sub Titul.

De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.

Quæ autem personæ testamentū facere possint, uel non facere, habes Tit.

Qui testamenta facere non possint.

Testamenti autem caput, fundamentum, & substantia dependet ex institutione hæredis, quæ est duplex: Prima & secundaria.

Prima dicitur, quando quis simpliciter instituitur.

Secundaria uero est substitutio, quando scilicet instituto subditur alius quidam. Et est quintuplex: Substitutio vulgaris, pupillaris, exemplaris, com-

pendiosa, & breuiloqua:

Nec enim testamentū esset testamentum, si institutio hæredis esset omissa.

Præterea & si aliquis institueretur, liberi autem siue nati, siue posthumū præterirentur, testamentum quoq; annullarent.

Ideo sunt aut hæredes instituendi, aut expressè ex hæredandi. De istis omnibus habes Titulos:

De hæredibus instituendis, & quæ personæ hæredes institui non possint.

De institutionibus & substitutionibus, & restitutioibus sub conditione factis.

De necessarijs seruis hæredibus instituendis, uel substituendis.

De libertis præteritis, uel ex hæredatis.

De posthumis hæredibus instituendis, uel ex hæredandis, uel præteritis.

Hæredes tamen instituti cogi nō possunt adire hæreditatem: habent enim ius liberandi à lege intra annum, & à Iudice pro arbitrio suo.

Quare si cognouerint hæreditatem esse damnosam, possunt ab ea abstinerre, eamq; repudiare, sub Titul.

De iure liberandi.

De repudianda & abstinentia hæreditate.

Quibus autem modis testamenta aperiantur, quæ resub Titul.

Quemadmodum testamenta aperiantur, inspiciantur & describantur.

Erat quoque olim constitutum per edictum Divi Adriani, ut hi qui uolebant mitti in honorum possessionem, adita hæreditate, tenebantur Reipub. restituere trigesimam partem hæreditatis: quod hodie est sublatum, sub Tit.

De edicto Divi Adriani tollendo: et quemadmodum scriptus

hæres in possessionem mittatur.

Perdit autem hæres in testamento scriptus hæreditatem multis ex causis:

Primò, si coegerit testatorem, ut se uel alium hæredem institueret.

Secundò, si prohibuerit eum testari.

Teriò, si non uindicauerit necem defuncti, sub Titul.

Si quis aliquem testari prohibuerit, uel coegerit.

De his quibus, ut indignis, hæreditates auferuntur.

Ad Senatus consultum Silleianum.

Et tantum de testamentis perfectis:

Imperfectum testamentum est Codicillus. Est autem Codicillus testamentum

tum imperfectum, quo adhibitis quinque testibus, per fideicommissum aliquid relinquitur. De quo habes Titul.

De codicillis &c.

Quinta pars disponit de legatis. Est autem legatum donatio a defunctore-
lita, ab hærede præstanta, sub Titul.

Delegatis.

Hæredes autem in fraudem legatiorum, ne teneantur soluere legata, sæ-
pè nolunt adire hæreditatem ex testamento, sed ab intestato; quod est prohi-
bitum, sub Tit.

Si omessa sit causa testamenti &c.

Fiunt autem legata quinque modis: Pure, sub conditione, sub poena, sub
causa, & sub modo.

De puro Legato non est dubium, de reliquis dubitatur. Veluti si quis ita
legaret: Lego Seia centum, si uidua manserit: uel, si hæres meus Stichum
seruum non manumiserit, det Titio nomine poenæ centum. Vel, quia me in-
stituisti in bonis literis, Lego tibi centum.

Quæritur itaque, si illa causa non est uera, quia non instituit testatorem, uel
superior conditio non fuerit impleta, id est, Seia non manserit uidua, utrum
nihilominus legata ualeant? Et deciditur, quod hodie ualeant, sub Titul.

De indicta uiduitate, & lege Iulia Miscella tollenda.

De his, qui poenæ nomine in testamentis uel codicillis relinquuntur.

• *De falsa causa adiecta legato uel fideicommisso.*

De his quæ sub modo legati, uel fideicommissi relinquuntur.

De conditionibus insertis, tam in legatis, quam fideicommissis,
& libertatibus.

Quia autem fideicommissa hodie sunt adequata legatis, inserti sunt Tituli:

De fideicommissis.

*Communia de legatis & fideicommissis, & de in remmissione
tollenda.*

Et propter obscura uocabula, quæ inseruntur testamentis, additur Titul.

De uerborum significatione.

Ex quo etiam actio ex testamento, qua petatur legatum, est bona fidei. Se-
quitur quod si mora contrahitur super re legata, nec soluitur, quod debean-
tur usuræ, propter moram, sub Titul.

De usuris & fructibus legatorum & fideicommissis.

Legata autem & fideicommissa interdum minuuntur pro parte, interdum
uerò in totum deficiunt. Minuuntur duobus modis: Primò, per Senatuscon-
sultum Trebellianum, quod permittit hæredi directo, in restitutione fidei-
commissi, retinere quartam partem, quæ Trebellianica uocatur, sub Titul.

Ad Senatusconsultum Trebellianum, & de incertis personis.

Secundò, per legem Falcidiam, per quam hæres defalcat quartam partem,
sit tota hæreditas est absunta legatis, sub Titul.

Ad legem Falcidiam.

In totum autem deficit legatum, quando fit caducum. Olim autem erant
multi casus, in quibus legata siebant caduca, quæ sunt hodie sublati, sub Tit.

De caducis tollendis.

EXPLICATIO TITVL.

Quia autem inter illos casus & talis erat: Si Legatarius ante aperturam testamētū iudecedebat, fīebat legatum caducum.

Huius casus ponitur hic fallentia, etiam de Iure ueteri, uidelicet, nisi talis legatarius sit de liberis defuncti, tunc enim utcunq; ante aperturam testamenti decedat, nihilominus tamen transmittit legatum ad suos hæredes, & non sit caducum, sub Titul.

De his qui ante apertas tabulas hæreditatem non transmittunt.

Et quāmprimum ā die mortis testatoris hodie ualeat legatum, ita quōd ad hæredes transmitti potest. Non autem debetur, neq; etiam peti potest, nisi ad dīta sit hæreditas, sub Titul.

Quando dies legati decedit.

Et si adīta hæreditate legatum non soluitur, potest legatarius mitti in possessionem bonorum defuncti, uel petere ut ei satisdetur, sub Titul.

Vt in possessōnem legatorum uel fideicommīssorum seruandorum causa mittatur: & quando satis dari debeat.

Et tantum de successionib; ex testamento, &c.

Si quis autem sine testamento dececerit, uocantur primō descendentes, siue fuerint in potestate morientis, siue emācipati, tam in bonis paternis, quām maternis, sub Titul.

De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato uenientibus.

Ad Senatus consultum Orficianum &c.

Deficientibus descendētibus uocantur ascēdētēs proximi, si soli sint, sub Titul.

Ad Senatus consultum Tertullianum &c.

Si uero unā cum eis extant fratres, & sorores utrīc; coniuncti, fratrib; præmortuorum liberi, uocantur in stirpes.

Si uero fratres utrīc; coniuncti non extant, sed consanguinei & uterini, eorumq; liberi, & succedunt quoq; in stirpes, exclusis auunculis & patruis defuncti.

Quando autem neq; fratres, neq; sorores, nec etiam frātrum, sororūque liberi extant, habet locum regula: Qui prior est in gradu, prior est in lūre. De his omnibus habes Titul.

De legitimis hæredibus.

Communia de successionib;

Quia autem filius familiās sāpē defertur hæreditas, quæ propter patriam potestatē censetur peculium, & quæritur in ea lūs. Dic ergo, ut intelligas peculium esse quadruplex.

Primum est castrēse, quod filius familiās in castris acquirit.

Secundum est quasi castrēse, quod sua industria filius familiās acquirit: & in his duobus pater nihil habet.

Tertium est aduentitiū: ut si filius familiās defertur hæreditas linea materna. Et in ea pater habet usumfructum, filius uero proprietatem, sub Titul.

De bonis maternis.

Quartū est peculiū profectitiū, quod acquirit filius familiās ex re patris, &c. Et in hoc pater habet plenū dominū. De quo peculio & reliquis extat Titul.

De bonis quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimoniō, uel aliter acquiruntur, & eorum administratione, &c.

In fine addit̄ speciales casus de successionib; quorundam, sub Titul.

De hæredis

De hæredibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium militum, & Fabricensium &c.

TITVL LI LIBRI SEPTIMI CODICIS.

HVn librum poteris diuidere principaliter in quinqꝫ partes. In prima tractatur de manumissionibus. In secunda de usucaptionibus & præscriptionibus. In tertia de sententia. In quarta de appellationibus. In quinta quid iuris sit, si confessi uel conuicti non sint soluendo.

In prima, dixi, tractatur de manumissionibus. Est autem manumissio datio libertatis. Et fit bifariam: Primo inter uiuos, ut per uindictam, coram magistratu &c. Secundo, in testamento: quod quoqꝫ fit bifariam, Directe, & per fideicommissum: quo casu non licebat olim omnes seruos simul manumittere, sicut in actibus inter uiuos, propter legem Fusiam Caninam, quæ hodie est sublata, sub Tit.

De uindicta libertate, & apud concilium manumissione.

De testamentaria manumissione.

De fidei commissarijs libertatibus.

Delege Fusa Canina tollenda.

Et qui manumittuntur, Libertini dicuntur, qui olim erant triplices: Romani, Latini, & Dedititi.

Posteriores duæ species hodie sublatæ sunt, ita quod omnes indifferenter dicuntur Latini Romani, sub Titul.

De dedititia libertate tollenda.

De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitate Romana transfusa.

Est autem manumissio duplex: Manumissio Iuris, & manumissio facti.

Manumissio Iuris est, quando manumittitur is, qui est propriè in iusta servitute. In his tamen distingue:

Aut manumittitur seruus proprius, seruus Reipub, aut seruus communis: Et ualeat manumissio, ita tamen, ut posteriori casu manumissor præstet consilio precium serui, quod tum habuit in eo.

Aut manumittitur seruus, qui specialiter est pignori datus: uel manumittitur ab eo, qui nō est dominus. Et regulariter non ualeat manumissio, sub Tit.

De communis seruo manumissio.

De seruo pignori dato, manumissio.

De seruis Reipub, manumittendis.

De his qui à non dominis manumissi sunt, &c.

Nontamen quilibet dominus potest manumittere seruos: neqꝫ etiam qui liber seruus potest manumitti.

Manumittere enim non possunt, Primo, qui in fraudem creditorum manumittunt, & minor uiginti annis, sub Titul.

Qui manumittere non possunt: & ne in fraudem creditorum manumittatur, &c.

Manumitti autem non possunt serui ad perpetua uincula damnati, sub Tit.

Qui non possunt ad libertatem peruenire &c.

Econtra sunt quidam casus, in quibus serui mereantur libertatem, sub Tit.

Quibus ex causis serui pro præmio libertatem accipiunt.

Manumissio facti est, quando manumittitur ingenuus, qui nunquam fuit seruus, sub Titul.

De ingenuis manumissis.

Quæ autem sint communia manumissionis, vide Titul.

Communia de manumissionibus.

In hac causa libertatis datur actio, quæ uocatur liberalis causa: & competit, primò, libertino manumisso, contra afferentem eum seruum.

Deinde datur ei qui iniustè, tanquam seruus ab aliquo detinetur, ut proclamet ad libertatem. Quo casu admittebantur olim assertores afferentes illos agentes liberos esse. Quæ assertio hodie est sublata. Nec tamen quilibet ad libertatem proclaimare potest. Maiores enim uiginti annis si se uenundari possunt, ad libertatem proclaimare non possunt. De his omnibus extant Titul.

De liberali causa.

De assertione tollenda.

Quibus ad libertatem proclaimare non licet, & de rebus corum, qui ad libertatem proclaimare non prohibentur.

Concurrit autem cum causa libertatis interdum & alia causa accidentalis, ita quod dubitatur quænam prior sit discutienda. Ideo extat Titulus:

De ordine cognitionum.

Et domini cum seruis suis sàpè colludunt, quos falso dicunt ingenuos, ut forte aliquod lucrum eis propterea accedit. Quare constituitur, quod quis cunque illam collusionem infra quinquennium detexerit, illius fiat talis seruus, sub Titul.

De collusione detegenda &c.

Acquiritur autem & defenditur libertas per præscriptionem. In hoc tam distingue. Aut queritur de statu siue conditione de functi propter liberos: & sufficit præscriptio quinquennialis. Aut queritur de conditione uiuentis, & tunc, si uiginti annis continuis sine alicuius interpellatione in libertate fuit, liber efficitur.

Contra libertatem autem indistinctè non potest currere præscriptio, sub Titul.

Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur.

De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, & non aduersus libertatem proponitur.

Ad quem autem pertineat peculium manumissi, habes Titul:

De peculio eius, qui libertatem meruit.

Olim quoq; libera mulier seruili amore capta, si seruo commiscebatur, fierbat ancilla domini illius serui.

Erat quoq; in seruis differentia, quod in quibusdam domini habebant plenum dominium, in quibusdam semiplenum. Ea omnia hodie sunt sublata, sub Titul.

De Senatus consulo Claudiano tollendo.

De nudo Iure Quiritum tollendo, &c.

Secunda pars habet materiam usucaptionis, siue præscriptionis. Est autem usucatio Jus rem alienam meam faciens, quam iusto titulo & bona fide continue posedi.

Et in hac definitione uides, quod tria requiruntur copulatiue ad præscriptionem:

ptionem: Primo titulus, ut pro emptore, pro donato, pro hærede: De quibus habes Titul.

De usucapione pro emptore uel transactione.

De usucapione pro donato.

De usucapione pro dote.

De usucapione pro hærede.

Secundò, requiritur bona fides, id est, nescire rem alienam esse, uel uitiosam, uel sacram, sanctam, religiosam &c. sub Titul.

Communia de usucaptionibus.

Tertiò, requiritur bona possessio, sub Titulo:

De acquirenda & retinenda possessione.

Sunt autem præscriptiones multiplices. Prima est longi temporis, decem annis inter præsentes, & uiginti annorum inter absentes, sub Titul.

De præscriptione longi temporis, decem uel uiginti annorum.

Hæc autem præscriptio non indistinctè procedit, cessat enim interdum; ut primo, ratione rei præscribendæ: puta, si res est uitiosa, aut principis, uel tempi alicuius, sub Titul.

In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.

Nerei dominicæ, uel templorum uendicatio, temporis præscriptione submoueatur.

Secundò cessat ratione personæ, contra quam est præscribendum: ut si præscribatur contra absentem Reipub. causa, uel contra pupillum minorem, uel furiosum, sub Titul.

Quibus non obijcitur longi temporis præscriptio.

Potest tamen hac præscriptione præscribi hypotheca à tertio possesso, sub Titul.

Si aduersus creditorem.

Secunda est præscriptio quadriennalis, quæ competit contra fiscum rem alienam uidentem, sub Titul.

De quadriennij præscriptione, &c.

Tertia est præscriptio longissimi temporis, xxx, scilicet uel xl. annorum, qua potest præscribi res furtiva, bona fide possessa, sub Titul.

De præscriptione triginta uel quadraginta annorum.

Sunt & alia præscriptiones, ut præscriptio ultra memoriam hominum; Item præscriptio centum annorum. Sed de his non extant Tituli.

Quia autem olim differentia erat inter res mobiles quæ in prouincijs, & quæ in Italia erant: res mobiles enim prouinciales non dicebantur res mancipi; Italizæ uero res erant mancipi, & usucapi poterant: immobiles, spacio biennij: mobiles uero, anno uno: quæ differentia hodie est sublata, sub Titul.

De usucapione transformanda, & sublata differentia rerum mancipi, & non mancipi.

Et est sublata exceptio annalis cum suis difficultatibus, quæ sub Italico contractu locum habebat sub Titul.

De annali exceptione Italici contractus tollenda, &c.

Inseritur hic obiter & modus Iurisgentium, quo rerum dominia consequimur, Alluvio scilicet, sub Titul.

*De alluvionibus, paludibus & pascuis, ad alium usum & statum
translatis &c.*

In tertia parte tractatur de sententia. Est autem sententia præceptum iudicis, non naturæ, non iuri, non bonis moribus contrarium. Et est triplex: Definitiva, Interlocutoria, & conuentionalis sententia, quam fert arbiter. De definitiva dicemus.

Est autem definitiva sententia, quando pronuntiatur super meritis causæ, & negotio principalia iudice competenti: quæ si fuerit iniqua, ab eo appellari potest ad superiorem iudicem proximum, nisi sit lata à præfecto prætorio. Hinc enim appellari non potest, licet contra eam posit supplicari, sub Titul.

De sententijs præfectorum prætorio.

Et sunt sententiae ferendæ partibus præsentibus regulariter, nec pronuntiatio differenda ultra triennium, sub Titul.

Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat præ-

sentibus partibus, uel una parte absente.

Rescinditur autem & redditur nulla sententia multis modis. Primo, si non fuerit redacta in scriptis.

Secundo, si non iudex, sed alius quidam scriptam recitet.

Tertio, si non à competenti iudice feratur.

Quarto, si iudex non sedendo pronunciet.

Quinto, si tulit, qui non potuit esse iudex istius causæ.

Sexto, si feratur sententia contra aliam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.

Septimo, si lata est die feriata.

Octauo, si lata est loco non consueto, ut in popina.

Nono, si ordo non est seruatus, ut quia condemnari debuit dominus, & est condemnatus procurator, & econtrâ.

Decimo, si super certa quantitate actum est, & iudex pronunciat sine certa quantitate, nisi feratur super interesse.

Vnde decimo, si iudex corruptus donis male iudicauit. De ipsis omnibus habes Titul.

De sententijs ex breuiculo recitandis.

De sententijs & interlocutionibus omnium iudicium.

De sententia, quæ sine certa quantitate prolata est.

De sententijs, quæ de eo quod interest, proferuntur.

Si à non competenti iudice iudicatum esse dicatur.

De poena iudicis, qui male iudicauit: uel eius qui iudicem uel aduersarium corrumpere curauit.

Et in quibusdam casibus superioribus non est opus sententiam rescindere per appellationem: quia ipso iure sine facto hominis nullæ sunt.

Si autem omnia quæ in sententijs requiruntur obseruata sunt, sententiae rescindit non possunt, nisi per appellationem, restitucionem in integrum, & per supplicationem, sub Titul.

Sententiam rescindi non posse.

Iudex autem in pronunciatione non debet tantum habere rationem ipsius rei, super qua litigatur, sed etiam fructuum & expensarum, sub Titul.

De fructibus & expensis litium &c.

Causa finalis sententiae est, facere finem cōtroversiarum, quod fit uel condemnatione,

LIBRI VII. CODICIS.

31

demnationale, uel absolutione, si sententia transit in rem iudicatam, sub Tit.

De re iudicata.

Et mandatur executioni, si ab ea appellatum non fuerit, &c. In qua execu-
tione uenit res litigiosa, cum usuris & accessionibus, sub Tit.

De executione rei iudicatae.

De usuris rei iudicatae.

Sunt tamen quidam casus, in quibus executio non est licita: Primo, si plu-
res in una sententia condemnati sint, & unus pro sua parte paruit sententiae,
reliqui uero non.

Contra obedientem amplius nulla admittitur executio, propter contu-
maciam consortium.

Secundo, si sententia fertur contra aliquem, non potest fieri executio re-
gulariter, contra eius coniunctum, uel tertium, neq; etiam contra socium cri-
minis, si in criminali causa lata est.

Tertio, si tantum comminationes uel epistolae Iudicis fuerint, non recipi-
unt executorem rei iudicatae.

Quarto, sententia lata ex falsis instrumentis uel testimonij;

Quinto, per actum extra iudicium executorem rei iudicatae non conse-
quitur, cum Titul. sequent.

Si plures una sententia condemnati sunt.

Quibus res iudicata non nocet.

Comminationes, Epistolas, programmata, subscriptiones, au-
toritatem rei iudicatae non habere.

Si ex falsis instrumentis, uel testimonij iudicatum sit.

Res inter alios acta alijs non noceat, &c.

Quia autem confessi & qui parantur condemnatis per sententiam, inseritur
hic Tit.

De confessis.

Interdum quoq; Iudex dubitans de Iure consulit Cæsarem, uel alios pru-
dentes ante pronunciationem, sub Titul.

De relationibus.

Et tantum de sententia:

Quarta pars, Subuenitur autem condemnatis in sententijs quatuor mo-
dis: Per restitutionem in integrum, per supplicationem, per appellationem,
& per cessionem bonorum.

De restitutione in integrum dictum est supra in libro 2.

De supplicatione quoq; dictum est supra in Titul. De sententijs præfecto-
rum prætorio.

Restat nunc de appellatione, & bonorum cessione dicendum. Et primo
de appellat.

Est autem appellatio sententiae à minori Iudice per inuocationem maio-
ris Iudicis proximi prætextu iniquitatis, primæ sententiae rescissio: & fit
infra decem dies appellatio, quam appellans infra annum (qui fatalis dici-
tur) exequi debet. Et si iusta causa subfuerit, potest indulgeri aliis annis,
sub Titul.

De Appellationibus, & consultationibus.

De temporibus appellationum &c.

Sunt autem quidam casus, in quibus appellatio non examinatur. Ut primo,

EXPLICATIO TITVL.

si sententia est lata contra aliam sententiam, quæ transierat in rem iudicatam;
Secundò, si lata est sententia contra ius constitutionis &c. Quibus casibus
sine appellatione sententia est ipso iure nulla, sub Titulo:

Quando prouocare non est necesse.

Deinde licet in quibusdam casibus sententia sit iniqua, tamen non admittitur appellatio, &c.

Primo, si lapsi sunt decem dies post sententiam latam.

Secundò, si lata est sententia interlocutoria regulariter, nisi pariat sententia illa irreparabile damnum.

Tertiò, si ab executore sententiae appelletur.

Quartò, si appelletur contra sententiam in possessorio iudicio latam;

Quintò, si in eadem causa tertio appelletur: regulariter enim testis & similibus casibus appellations non recipiuntur, sub Titul.

Quorum appellations non recipiuntur.

Si de momentanea possessione fuerit appellatum, ne liceat in una eadem causa tertio prouocare &c.

Sunt autem casus, in quibus appellations examinantur, licet non sint interpositæ, intra decem dies: ut primò, si quis propter iustum metum iudicis non appellavit; Secundò, si duo uel plures in una sententia condemnati sunt, et unus appellat, reliqui uero non, examinatur nihilominus appellatio omnium nomine, sub Titul.

De his qui propter metum iudicis non appellauerunt &c.

Extinguitur autem appellatio morte appellantis, maximè in criminalibus, & in ciuilibus tamen locus est, sub Titul.

Si pendente appellatione mors interuenierit &c.

Quartus modus per quem subuenitur condemnatis in sententia, est cessione bonorum.

Est autem cedere bonis nihil aliud, quam bona dimittere & deserere creditorum improbitati & inconstitiae: & per hanc non ita subuenitur debitoribus, ut liberentur à debito, sed tantum ne detrudantur in carcerem, sub Tit.

Qui bonis cedere possunt &c.

Facta autem cessione postulant creditores se mitti in possessionem bonorum debitoris, & separari eius bona à bonis heredum, sub Titul.

De bonis autoritate iudicis possidendis, seu uenundandis: & de separationibus bonorum &c.

Et in hoc casu præferuntur Fiscus & Vxor, si dotem habet in bonis mariti, omnibus creditoribus, sub Titul.

De Priuilegio Fisci.

De Priuilegio dotis &c.

Et si debitor talis, qui cedit bonis, in fraudem creditorum quædam bona alienasset, possunt creditores ea bona repetere actione personali à possidentibus, sub Tit.

De reuocandis his, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, &c.

TITVL LI BRI OCTAVI CODICIS.

*H*uc librum diuide principaliter in sex partes. In prima tractat de Interdictis. In secunda de pignoribus & hypothecis. In tercia de exceptionibus & rebus litigiosis. In quarta de stipulationibus cum suis cohærentijs. In quinta de patria potestate cum suis causis. In sexta de donationibus &c. Sunt

LIBRI VIII. CODICIS.

33

Sunt autem Interdicta, formæ, atq; conceptiones uerborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat. De quibus extat Titulus:

De Interdictis.

Etsunt tríplicia Interdicta: Adipiscendæ, possessionis, recuperandæ, & retinendæ.

Adipiscendæ possessionis Interdicta sunt, quibus adipiscimur possessionem. Et sunt tria:

Quorum bonorum.

Quorum legatorum, &

Salutinum interdictum.

Recuperandæ possessionis est, quo recuperamus possessionem iam amissam. Et est unum tantum, scilicet Vnde ui, sub Tit.

Vnde ut.

Retinendæ possessionis Interdicta sunt, quibus agitur de possessione retinenda. Et sunt duo:

Vti possidetis, &

Vtrob*i*.

Vti possidetis datur pro rebus immobilibus?

Vtrob*i* uero, pro rebus mobilibus, sub Titulo:

Si per uim, uel alio modo absentis turbata sit possessio.

Vti possidetis.

Est & alia Interdictorum diuisio, quia quædam sunt restitutoria, quibus prætor restitu*i* aliquid iubet, ut sunt: Quorum bonorum, & Vnde ui. De quibus suprà.

Quædam uero sunt exhibitoria, quibus prætor aliquid exhibere iubet, qualia sunt: De tabulis exhibendis, scilicet testamento. De liberis exhibendis, seu deducendis, & De libero homine exhibendo, sub Tit.

De tabulis exhibendis.

De liberis exhibendis, seu deducendis, & de libero homine exhibendo &c.

Quædam uero interdicta sunt prohibitoria, quibus scilicet prætor prohibefieri, Veluti,

Ne quid in loco sacro, uel publico &c. fiat.

Adhæc poteris referre Titulos:

De operibus publicis.

De ratiocinijs operum publicorum, & de patribus ciuitatum.

Quibus obiter inserti sunt Tituli:

De noui operis nunciatione.

De ædificijs priuatis &c.

In secunda parte tractatur de pignoribus & hypothecis. Est autem pignus res mobilis, propriè obligata & tradita creditori, ut sit ei saluum debitum suum.

Hypothe ca autem est res siue mobilis, siue immobilis, quæ obligatur creditori, non tamen traditur. Contrahitur autem pignus seu hypotheca bifaria, Expressè, & tacite.

Expressè contrahitur per expressam partium conventionem, sub Titul.

De pignoribus & hypothecis.

Tacite

EXPLICATIO TITVL.

Tacitè autem contrahitur ex ui & potestate legis multis casibus, sub Tit.

In quibus causis pignus uel hypothecata tacitè contrahitur.

Oppignerari autem possunt res propriæ. Deinde res oppignerata alteri oppignerari potest, sub Titul.

Si pignus pignori datum sit.

Oppignerari autem non possunt, Primò, res alienæ, sub Titul.

Si res aliena pignori data sit.

Secundò, res sacra, sancta, & religiosa, &c. sub Titul.

Quæ res pignori obligari possunt, uel non: & qualiter pignus contrahatur.

Tertiò, res communis tota, sub Titul.

Si res communis pignori data sit.

Est autem triplex pignus: Conuentionale, Prætorium, & Iudiciale. Conuentionale est, quod contrahitur ex conuentione partium. De quo est primus Titulus huius secundæ partis.

Prætorium est, quando iudex mittit aliquem in possessionem alicuius, ut caueat de damno infecto, uel simili quodam, sub Titul.

De prætorio pignore, & ut in exactionibus etiam debitorum, missio prætorij pignoris procedat.

Iudiciale est, cùm iudex propter executionem sententiaæ definitiæ mittit quem in possessionem, sub Tit.

Si in causa iudicati pignus captum sit.

Quando etiam eadem res pluribus est obligata, oritur contentio, quænam sit potior in pignore; in quo habetur triplex ratio. Quidam enim potiores habentur suo proprio iure, ut primi creditores, qui habent expressam hypothecam, sub Titul.

Qui potiores in pignore habentur.

Quidam uero potiores habentur beneficio alterius; ut qui in priorum creditorum locum succedunt propter pactum aliquod, sub Tit.

Qui in priorum creditorum locum succedunt.

Quidam per uenditionem potiores sunt, sub Titul.

Si antiquior creditor pignus uendiderit.

Etin pignore computantur fructus percepti, sub Tit.

De partu pignoris, & omni causa.

Et tantum de constitudo pignore. Sequitur qualiter dissoluatur:

Dissoluitur autem pignus multis modis: Primò remissione, quæ quot modis fiat, uide sub Titul.

De remissione pignoris.

Secundò dissoluitur solutione debitæ pecuniaæ, nouatione etc. Hoc tamen casu, si pecunia, pro qua res obligata est, soluta sit, & debitor ex alia quadam causa debeat creditori pecuniam, super qua tamen creditor nullum pignus accepit, possit creditor nihilominus obtinere pignus, sub Tit.

Ettiam ob chirographariam pecuniam pignus obtineri posse.

Tertiò dissoluitur per distractionem. Si enim debitor non satisfecit creditori, potest creditor distrahere pignus, si actum est. Si uero actum non est elas psobienio, post unam denunciationem ualeat distractio, quam etiam debitor impedire non potest, sub Titul.

De distractione pignorum.

Debitorem

Debitorem uenditionem pignoris impedire non posse.

Venditio tamen iure debet fieri, alioqui datur debitori contra emptorem rei uenditatio, si paratus est restituere precium, sub Tit.

Si uendito pignore agatur &c.

Impeditur autem distractio pignoris per luitionem, quae fit solutione, uel satisfactione, sub Titul.

De luitione pignoris.

Solutio enim partis debiti non liberat pignus. Vt cunq; enim pars soluta sit, nihilominus totum pignus manet obligatum, sub Tit.

Si unus ex pluribus hæredibus creditoris uel debitoris partem suam debiti soluerit, uel acceperit.

Et prædicta uera sunt, si pecunia actualiter debitori numerata est. Si enim spe futuræ numerationis dederit pignus, nec est pecunia numerata, tenetur creditor sine luitione restituere pignus, sub Titul.

Si pignoris conuentione numeratio pecuniae secuta non fuerit etc.

Quarto, dissoluitur pignus, si creditor ius dominij in eo impetraverit: quod fit, quando nullus emptor extat, & creditor more solito accedit ludi- cem, ut pro debito acquirat dominium in pignore, sub Tit.

De Iure dominij impetrando.

Obseruabis autem hoc præcipue, quod licet in emptione pactum legis commissoriae sit licitum, in pignoribus tamen sit illicitum.

Fit autem hoc modo pactum legis commissoriae, si creditor ita paciscitur cum debitore: Si intra biennium pecuniam creditam non reddideris, res op- pignorata definit esse pignus, nec sit locus luitioni, sub Titul.

De pactis pignorum, & lege commissoria in pignoribus rescin- denda &c.

Intertia parte tractatur de exceptionibus. Est autem exceptio nihil aliud, quam actionis exclusio, sub Tit.

De exceptionibus et præscriptionibus.

Et habent locum exceptiones potissimum, quando agitur pro re litigiosa, sub Tit.

De litigiosis.

In quarta parte tractatur de stipulatione. Est autem stipulatio, conceptio uerborum, quibus is, qui interrogatur de eorum facturamue se id, de quo est interrogatus, respondet. De qua habes Titul.

De contrahenda et committenda stipulatione.

Et redditur inutilis multis modis, quos uide in Titul.

De inutilibus stipulationibus.

Obligatio autem quæ per stipulationem constituitur, est duplex: principalis, & accessoria.

Principalis est, quando quis simpliciter pro seipso, & non pro alio obligatur: & sit quoq; bifariam: aut unus tantum ex stipulatione simplici obligatur, ut in Titulo istius partis.

Aut duo uel plures ex una stipulatione obligantur, sub Titul.

De duobus reis stipulandi et promittendi.

Accessoria autem est, quæ accedit ad principalem obligationem, qualis est fideiussio. De qua habes Titul.

De fideiussoribus, & mandatoribus,

Solutio

EXPLICATIO TITVL.

Soluitur autem obligatio primō per nouationem, siue delegationem;
Secundō per solutionem.
Tertiō per acceptilationem &c. sub Titul.

De nouationibus & delegationibus.

De solutionibus & deliberationibus.

De acceptilationibus.

Quia autem in uentionibus, & alijs quibusdam contractibus res aliena-
rē euinci solent, & alienans tenet de euictione, Ideo obiter est insertus Tit.

De euictionibus.

Est autem euictio, rei emptæ, uel ex aliqua iusta causa acceptæ, per Iudicis
sententiam abductio. Creditor tamen pignoris, si alienat pignus ut creditor,
& non ut dominus, pignore euicto creditor non tenetur de euictione, sub
Titul.

Creditorem euictionem pignoris non debere &c.

In quinta parte tractatur de patria potestate. Est autem patria potestas Ius,
per quod filii & filiae, ceteriçp descendentes per lineam masculinā patri sub-
iiciuntur, sub Titul.

De patria potestate.

Et habet tres causas.

Prima, matrimonium.

Secunda, legitimationem filii naturalis.

Tertia, adoptionem.

De prioribus duabus dictum suprà. De tertia est hic Titul:

De adoptionibus.

Soluitur autem patria potestas sex modis: Primō, morte naturali.

Secundō, morte ciuili.

Tertiō, dignitate patrionatus.

Quartō, captiuitate.

Quintō, adoptione aui.

Sextō, emancipatione. De qua extat hic Titul:

De emancipationibus libertorum.

Parentes tamen nihilominus succedunt liberis emancipatis, decedenti-
bus sine suis hæredibus, sub Titul.

De Iure liberorum.

Reintegratur autem patria potestas duobus modis: Primō, si filius eman-
cipatus contra patrem emancipantem fuerit ingratus, sub Titul.

De ingratis liberis.

Secundō, si pater captiuis ab hostibus fuerit reuersus, uel redemptus, tum
enim propter Ius postliminij recuperat omnia pristina Iura, sub Tit.

De postliminio reuersis, & ab hostibus redemptis.

Et tantum de patria potestate.

Quid autem Iuris sit de illis liberis, qui infantes exponuntur, uide sub Tit.

*De infantibus expositis, & liberis & seruis: & de his, qui sans-
guinolentos nutriendos acceperunt &c.*

Et est obiter insertus Titulus:

Quæ sit longa consuetudo.

Sexta pars tractat de donationibus. Est autem donatio quedam liberalitas,
quæ nullo Iure cogente conceditur. Et est duplex: Propria & Impropria.

Propria

Propria est, quæ simpliciter & purè inter uiuos fit. De quibus sunt Tituli;
De donationibus, quæ sub modo, uel conditione, uel certo tem-
pore conficiuntur.

De donationibus causa mortis.

Reuocantur autem donationes regulariter propter ingratitudinem do-
natarij, sub Titul.

De reuocandis donationibus.

Olim is qui cœlebs erat, non poterat accipere ex donatione mortis causa:
quod hodie correctum est, sub Titul.

*De infirmandis pœnis cœlibatus, orbitatis, & decimarijs sub-
latis, &c.*

TITVL LI BRI NONI CODICIS.

Hunc librum diuide principaliter in quatuor partes: In prima tractat de
personis accusantium & accusatorum: In secunda de causis accusatio-
num, hoc est, de delictis: In tertia de abolitionibus accusationum, cum qui-
busdam generalibus titulis: In quarta de bonis damnatorum, & eorum re-
stitutione &c.

Suprà autem in prioribus octo librís dictum est de ciuilibus causis, pro
quibus intentantur actiones. In hoc autem postremo libro tractabuntur ac-
cusationes.

Est autem accusare nihil aliud, quam reum criminis per libellum deferre,
uel facere ad vindictam. Non tamen quilibet admittitur ad accusandum:
mulieres enim, serui, impuberes, pupilli, & similes ab accusatione repellun-
tur, sub Titul.

De his qui accusare non possunt.

In libello autem qui in accusationibus proponitur, requiritur, ut contine-
antur nomen accusantis & accusati, mensis & locus, quando, & ubi commis-
sum sit discriminem, sub Titul.

De accusationibus, & inscriptionibus.

Quibus propositis, reus etsi in alto loco, quam delicti detineatur, remitti-
tur ad locum delicti, si Iudex id iubeat, & ibi custoditur in carcere publico:
priuati enim carceres interdicti sunt, sub Titul.

De exhibendis & transmittendis reis.

De custodia reorum.

De priuatis carceribus inhibendis.

Et si pendente accusatione accusator uel accusatus deceaserit, finita est ac-
cusatio regulariter, sub Titul.

Sireus uel accusator mortuus fuerit, &c.

In secunda parte tractatur de causis accusationum, delictis scilicet, & poe-
nis delictorum. Sunt autem pœnae delictorum duplices: Ordinariae, & Ex-
traordinariae.

Ordinariae sunt, quando pœna nominatim & specificè est expressa:

Extraordinariae autem, quando pœnae non sunt specificè expressæ, sed ar-
bitrio iudicis committuntur.

Ordinaria pœna puniuntur, qui grauissima delicta commiserunt, qualia
sunt: Primo crimen læsa maiestatis, ut quando quis contra Imperatorem uel
Rempub. quibuscumque modis quid molitur, uel ad hostes fugit: & dicitur
propriè crimen perduellionis, cuius pœna est uitæ amissio, & damnatio me-

moriæ post eius mortem, ita quod successorem non habet; bona enim confi-
scantur, sub Titul.

Si quis Imperatori maledixerit.

Ad Legem Iuliam maiestatis.

Secundum delictum est adulterium, quod in nuptam committitur; & im-
ponitur adultero poena gladij. Adultera uero uerberata in monasterium
detruditur.

Tertium delictum est stuprum, quod in uirginem uiduamq; honeste ui-
uentem committitur. Et est duplex: Voluntarium, & Violentum.

Voluntarium, quod fit uolente & consentiente uirgine, uel uidua: cuius
poena est publicatio dimidiæ partis honorum, si stuprator honestus est; si ue-
ro humilis, corporis coertia cum relegatione, sub Titul,

Ad legem Iuliam de adulterijs, & stupro.

Violentum stuprum est, quando uirgines uel uiduae per vim opprimun-
tur, uel abducuntur, & potest dici raptus: cuius poena est poena capitis, quam
parentes uel cognati ipsi sumere possunt a rapiente, si eum in flagrantí crimi-
ne deprehenderint, sub Tit.

De raptu uirginum & uiduarum.

Et licet adulteria uel stupra sint delicta per se satis grauia, fiunt tamen gra-
uiora per personas cum quibus committuntur; utputa si quis corrumperet
eam, cuius tutor fuit, indistincte deportaretur, & bona eius confiscarentur.
Item si seruus concubuerit cum domina sua, combureretur; domina uero de-
capitaretur &c, sub Titul.

Si quis eam, cuius fuerit tutor, corruperit.

De mulieribus, quæ seruissse iunxerunt.

Quartum crimen est uis, siue violentia, quæ est duplex, Iusta & Iniusta.
Vis iniusta subdiuiditur in publicam & priuatam.

Vis publica est, quando cum armis uiolentia committitur: cuius poena est
in liberis hominibus deportatio, in seruis autem occisio, si inscio domino uim
commiserunt: alioqui est damnatio in metallum.

Vis priuata est, quæ fit sine armis: eius poena est ademptio tertiae partis bo-
norum, & amissio dignitatis & famæ, sub Titul.

Ad legem Iuliam de Republica & priuata &c.

Quintum delictum est homicidium, quod fit bifariam: Aut per vim, ut fer-
ro, &c. aut ueneno, uel arte magica.

Primo casu subdistingue: aut interficitur extraneus, & poena occidentis
hodie est gladij, sub Titul.

Ad legem Corneliam de Sicarijs.

Aut interficitur unus ex ascendentibus uel descendentibus: puta, pater,
mater, filius, filia &c. Et poena interficientis est, ut insultus culeo, cum cane
& gallo gallinaceo, uipera & simia in uicinum mare uel amnem proiectatur,
sub Titul.

De his qui parentes uel liberos occiderunt &c.

Vis iusta est, quando dominus seruum corrigit, pater filium delinquentem, sub Tit.

De emendatione seruorum.

Secundo casu, quando quis arte magica, uel sortilegio uititur. Subdistin-
gue: Aut uititur ad diuinandum, & tunc si est aruspex, augur, ariolus, maleficus,
punitur

punitur capite. Si uero utitur arte mathematica, ut Astrologia, secundum quosdam est licita: de lute tamen Canonico omnis diuinatio est prohibita.

Aut non utitur ad diuinandum, & subdistingue: Aut utitur in finem boni: puta, ut detegant furta, uel fructus terrae a tempestibus saluentur. Vel quis gesit characteres in collo, ut custodiatur, &c. Et de lute ciuili nulla extat poena, quia non peccant contra tranquillitatem publicam, nec aliquem laedunt: quia autem contra Deum peccant, imponit Ius Canonicum poenitentiam, &c.

Aut utitur arte magica ad finem mali, & contra salutem hominum: uel ut pudicos animos ad libidinem prouocet: & poena gladii imponitur, sub Tit.

De maleficiis & Mathematicis.

Sextum delictum est uiolatio sepulchrorum, in quo distingue: Aut uiolantur sepulchra hostium, & fit impunis; aut uiolantur sepulchra ciuium nostrorum, & subdistingue: Aut diruuntur tantum aedificia, statuae, siue Epitaphia imposita monumento: & datur actio ciuilis in factum, siue interdictum. Quod ui aut clam contra uiolatorem, ei cuius interest. Et punitur uiolans poena pecuniaria non minus centum aureis, qui cedunt agenti.

Aut in uiolatione corporum mortuorum ossa extrahuntur & diripiuntur, & tunc si uiolator est humili persona, afficitur ultimo supplicio: si autem honesta, deportatur in insulam, aut relegatur, uel damnatur in metallum, sub Titul.

De sepulchro uiolato.

Septimum delictum est plagiū, quod propriē sit, quando quis abducit, & celat patrem filium, domino seruum, aut Reipub. ciuem, & eos sciens uena didit. Cuius poena est, si plagiarius est seruus, uel libertus, quod bestijs subiicitur. Si uero est ingenuus, distingue: aut est uilis persona, & punitur gladio: aut est nobilis, & damnatur in metallum, sub Tit.

Ad legem Flauiam de Plagiariis.

Octauum est crimen falsi. Dicitur autem falsum mutatio ueritatis dolose facta: & committitur quatuor modis:

Primo dicto committitur, ut si testis dicat falsum testimonium, uel taceat ueritatem: uel aliquid accipit, ne ferat testimonium, & hoc casu poena falsi testis triplex est, quia tres laedit, &c.

Primō Deum, pro quo imponitur poenitentia.

Secundo Judicem, propterea fit infamis.

Tertio proximum, contra quem testificatur, & punitur pro modo laesioris.

Est & hoc crimen falsi, si Iudex sciens malè pronunciat. Quo casu tenentur omnes, qui opem præstiterunt Iudici. Item si falsis legibus utit allegando,

Secundō fit falsum scripturarum, si scilicet falsum scribitur, uel uerum deletur. Quō refer & hoc, si quis falso sigillo uitetur. Et poena No. arī falsum instrumentum scribentis hodie est, ut manum amittat.

Falsum quoque committit, si quis sibi aliquid adscribat in testamento, sub Titul.

De his qui sibi adscribunt in testamento.

Tertiō facto falsum committitur, ut in moneta & mensura. In moneta distingue: Aut quis habet potestatem cudendæ, & cudit falsam, uel detrahit legitimum pondus, & tenetur lege Cornelia, de falsis.

Aut quis non habet potestatem cudendi, & tunc si aliquis monetam, non recognoscens superiorē, falsauerit, igne comburitur, & omnia eius bona confiscantur &c.

Aut falsat monetam eius, qui recognoscit superiorē, tunc deportatur, & domus eius (in qua falsum commissum est) publicatur. Idē dic, si quis forma-

tam bonam monetam raserit, &c. Item si quis sciens monetam ab alio falsam exponit, fustigatur uel relegatur.

Vsu committitur etiam falsum, ut si quis utatur instrumento falso, uel gerat se pro milite, cum non sit, uel seruus pro libero homine. Ita quoq; si quis dolosè utatur falso nomine, &c. Et hi omnes possunt se liberare abstinentia.

Commititur quoq; falsum in alijs multis casibus, in quibus ueritas dolose occultatur. Est autem generalis poena falsi deportatio. De istis omnibus habet Titul.

Ad legem Iuliam Viscelliam.

Ad legem Corneliam de falsis.

De his qui sibi adscribunt in testamento.

De falsa moneta.

De mutatione nominis.

Nonum delictum est, quod committitur, quando quis pecunia facit se eligi, ad aliquam administrationem, uel dignitatem. Eius poena est deportatio, sub Titul.

Ad legem Iuliam de ambitu.

Decimum est crimen repetundarum, quod locum habet, quando quis est in publico officio, & propter munera facit aliquid, quod facere non debet, cuius poena est duplex: Civilis & Criminalis.

Si ciuiliter agitur, condemnatur in quadruplum eius, quod accepit: Si autem criminaliter, subdividetur: Aut exitus causæ affert damnum in corpore: Aut in bonis. Primo casu iterum subdividetur: Aut sequitur mors, & poena est capitii: Aut non sequitur mors, sed alia corporis laesio, mittitur Iudex in exilium, bonaq; eius confiscantur.

Secundo casu poena est, depositio ab officio, sub Titul.

Ad legem Iuliam repetundarum.

Vndecimum est crimen peculatus, quod habet locum, quando pecunia publica, res sacra, &c. intercepta, uel quoquo modo contaminata est.

Circa poenam distingue: Aut is qui subtrahit, est Iudex, & in administratione, & poena eius est capitalis animaduersio. Idem dic de illis, qui opem tulerunt.

Aut is qui subtrahit, est priuatus aliquis, & non in administratione, & poena est deportatio. Haec tamen accusatio tollitur spacio quinquennij, sub Titul.

De crimine peculatus &c.

Duodecimum est sacrilegium, quod propriè fit, secundum Legistas, quando quis auferit sacrum de loco sacro. Et imponitur poena pro qualitate personæ, rei, temporis, ætatis, & sexus. Pleriq; in surcam suspenduntur. Si quis tam men modicum de templo abstulerit, damnandus est in metallum, uel in insulam deportandus, si honestus est, sub Titul.

De crimine sacrilegij.

Decimum tertium est seditio, quod fit, quando quis mouet populum contra magistratum. Eius poena sumitur pro qualitate personæ & dignitatis.

Aut enim furca suspenduntur, aut bestijs obiciuntur, aut in insulam deportantur, sub Titul.

De seditionis &c.

Et tantum de criminibus ordinarijs, siue publicis. Sequuntur extraordinaria, siue priuata delicta.

Præmittit autem primo illam questionem: Si accusatio criminalis, & actio ciuilis

civilis concurrunt, & unā intentantur, utrum alteri praejudicet; & concludit quod non. Excipitur tamen actio iniuriarum, quae si fuerit ciuiliter intentata, amplius criminaliter intentari non potest, sub Titul.

Quando ciuilis actio criminali praejudicet, & an utraq ab eodem exerceri potest &c.

Primum ergo priuatum siue extraordinarium delictum est furtum, quod sit bifariam: Aut quis furatur res uiuentis alscuius, & hodie poena est, quod laqueo poenam sumit.

Aut furatur haereditati facienti, quod appellatur crimen expilatae haereditatis, & poena est extraordinaria. Viles enim in opus publicum perpetuum, & temporale dari solent. Honestiores uero relegantur, sub Tit.

De crimine expilatae haereditatis.

Secundum priuatum delictum est rapina, quae proprietate dicitur, quando quis ex proposito rapit res mobiles: eius poena est, infra annum utilem, condemnatio in quadruplum, sub Titul.

Vibonorum raptorum.

Tertium est crimen stellionatus, quod habet locum, quando quis uarietas & mendacij reus est, ut si unam & eandem rem scienter pluribus oppignearet. Habet autem haec accusatio locum, quando alia actio specialis non existat. Eius poena non legitima, sed arbitraria est, modò tamen in uili persona, non excedatur damnatio in metallum: & in honestioribus relegatio. Infamat tamen hoc crimen, sub Tit.

De crimine stellionatus.

Quartum delictum est iniuria. Dicitur autem iniuria, quando liberu[m] hominis corpus uel fama laeditur. Et fit tribus modis: Re, Verbis, & Literis.

Re, ut si manus violentiae inferuntur,

Verbis, cum fit conuictum.

Literis, cum quis librum uel carmen, ad infamiam illius pertinentem, scriperit, uel cōposuerit, &c. Et agitur in hoc delicto ciuiliter, uel criminaliter.

Si ciuiliter, datur actio, in quantum iniuriam passus ad animū reuocauerit.

Si criminaliter, poena est arbitraria. Poena tamen illius, qui famosum libellum inuenit, nec discerpit, sed pandit, capitalis est, sub Titul.

De iniurijs.

De famosis libellis.

Quintum crimen est Abigeatus, quod fit, quando quis dolo malo alienis infidatur animalibus, ut iumentis &c. & ea abducit. Eius poena est damnatio in opus temporale. Vbi tamen illud delictum est frequens, gladio punitur, sub Titul.

De Abigeis.

Inseritur & hic speciale aliquod delictum, quod apud nos non habet locum. In Aegypto (Nilus enim pertis uicibus egreditur ad irrigandos agros) si quis aggeres, quibus Nilus continetur, ruperit, comburitur una cum consiliarijs, sub Titul.

De Nili aggeribus non rumpendis.

Sextum delictum est occultatio uel receptatio latronum, uel similium, & puniuntur occultatores eadem poena qua illi quos occultant, sub Titul.

De his qui latrones, uel alij criminibus regos occultauerunt.

Et tantum de delictis &c.

Illi autem qui accusantur sāpē absunt, dispositum est, ne in absentia eorum

contra eos capitalis sententia feratur, priusquam audiantur. Ideoq; sunt requiriendi per publica edicta, ut copiam sui præsent, & bona eorum distribuenda sunt in publicum. Si autem infra annum, postquam scierint se requisiitos, non apparuerint, occupantur bona eorum, sub Titul.

De requirendis reis.

In criminalibus autem causis, & publicis accusationsibus requiruntur probations, luce meridiana clariores, quæ si deficiunt, & extant sufficienes presumptioes, siue certissima indicia, proceditur ad questiones. Est autem quæstio, inquisitio ueritatis per tormenta, sub Titul.

De questionibus.

Et tantum de accusationibus:

Tollitur autem accusatio per abolitionem. Et est abolition accusacionis institutæ, per sententiam interlocutoriam peremptio. Et sit tribus modis:

Primum, per principem, qui facit hoc sua sponte, forte propter diem aliquem insignem, aut publicam gratulationem, aut rem prosperè gestam &c.

Secundò, per accusatorem postulantem,

Tertiō, per mortem accusantis, uel accusati, uel biennio transacto sine culpa accusatoris, sub Tit.

- De abolitionibus.

De generali abolitione.

Vt intra certum tempus criminalis quæstio intentetur.

Accusatores etiam non possunt impunè ab accusatione intentata desistere simpliciter, hoc enim temerarium esset, quæ temeritas tribus modis detegitur. Aut enim tergiuersatur, quod propriè sit, quando in uniuersum ab accusatione publici criminis desistunt. Et illi incident in poenam Senatusconsulti Turpilianii, quæ est infamia, & quinq; libræ auri, & extraordinaria pœna, sub Titul.

Ad Senatusconsultum Turpilianum.

Aut calumniantur: quod fit, quando scienter falsa crimina intendunt: cuius poena est poena talionis, id est, Calumniatori imponitur illa poena, qua puniendus fuisset accusatus, si conuinci potuisset, sub Titul.

De Calumniatoribus.

Aut præuaricantur: quod fit, quando uera crimina abscondunt, &c.

Exstat & hic titulus generalis de poenis delictorū, de quibus suprà egimus.

Nota tamen hic obiter, quod in facie nemo aliqua macula, siue scriptura notandus est &c. Quia facies, quæ ad similitudinem cœlestis pulchritudinis figurata est, maculari non debet, sub Tit.

De poenis.

De poenis corporalibus delinquentium hucusq; dictum est: quid autem iuris sit de bonis eorum, dicendum erit. Distingue itaq;

Aut quis damnatus est per sententiam ad mortem, siue naturalem, siue ciuilē: & cedunt bona eius cognatis usque ad tertium gradum inclusuè, nisi esset damnatus propter crimen læzæ maiestatis, uel honestatis, &c.

Aut quis sibi p; mortem consciuit, & subdistingue:

• Aut se interfecit impatientia doloris, aut tædio uitæ, uel etiam ex aliqua melancholia, uel ob pudorem æris alieni, & bona non auferuntur hæredibus.

Aut se interfecit metu poenæ, propter aliquod delictum, uel maleficium, propter quod bona publicanda non erant, ut furtum, homicidium, &c. & bona non auferuntur hæredibus.

Siuero tale maleficium erat, propter quod bona publicarentur, etiamsi es-
set

LIBRI I. DECRETAL.

set legitimè damnatus per sententiam, qualia sunt: crimen laesæ maiestatis, uel hæresis, &c. & confiscantur bona, nec cedunt hæredibus. Quæ confisca-
tio communititer fit à superioribus Iudicibus, sub Titul.

Nec sine iussu Principis certis Iudicibus licet confiscare.

De bonis præscriptorum, seu damnatorum.

De bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt.

Damnati autem per sententiam, si à Cæsare fuerint restituti in integrum, recipiunt bona, dignitates, famam, & honorem, sub Titulo:

De sententiam passis, & restitutis &c.

Finis nouem librorum Codicis.

TITVL LI BRI PRI- MI DECRETALIV M.



VNC LIBRVM DIVIDE PRINCIPALI-
TER IN DUAS PARTES: In prima tractatur de dispositione Iuris
Divini & Canonici, In secunda de iurisdictione Ecclesiastica, &c.

Sicut Imperator Iustinianus in Codice suo primū à Iure
divino orditur, & postea ad dispositionem Iuris ciuili, ma-
gistratum & ciuilium procedit: ita quoq; Gregorius IX, suis Constitutio-
nibus præmittit Titul.

De summa Trinitate, & fide catholica.

Deinde progreditur ad Ius Canonicum, siue positivum, cum magistratibus & rebus Ecclesiasticis.

Est autem Ius Canonicum duplex: Ius Canonicum scriptum, & non scri-
ptum.

Ius scriptum continet Constitutiones & Rescripta;
Constitutiones sunt Canonum statuta.

Rescripta uero, quæ à summo Pontifice rescribuntur ad consultationem,
relationem, seu imitationem alterius &c, sub Titul.

De constitutionibus.

De rescriptis.

Ius non scriptum continet consuetudinem, sub Titul.

De consuetudine.

In secunda parte tractatur de iurisdictione Ecclesiastica, quæ est duplex:
Voluntaria, & Contentiosa.

Voluntaria, quæ uersatur in officijs diuinis.

Contentiosa uero, in qua contenditur de bonis Ecclesiasticis &c, & matri-
monialibus, & alijs.

Dicemus primū de Voluntaria, & eius ministris. Constituuntur autem
ministri Ecclesiæ trifariam: Aut per postulationem: Aut per electionem,
aut per translationem;

Postulatio est alicuius personæ, quæ propter defectum aliquem eligi pro-
hibetur, concors & certa capituli petitio: & sic est quasi præambul electio-
nis, sub Titul.

De postulatione prælatorum.

Electio est alterius personæ addignitatē Canonicē facta uocatio, sub Titul.

Dd

De electione, & electipotestate.

Not. cap. Venerabilem, in hoc Titul.

Translatio est de una Ecclesia ad aliam cum autoritate superioris transmis-

sio, sub Titulo:

De translatione prælatorum.

Et hæc dignitatis constitutio habet locum in summo Pontifice, Archiepi-

scopis, Episcopis, Abbatibus: item Pastoribus &c.

In Archiepiscopis autem hoc additur, quod ipsi habeant ius utendi pallio

certis diebus, & in suis Ecclesijs. Vocant autem pallium, insigne ornamen-

tum Archiepiscopi, de beati Petri corpore sumptum, sub Titulo:

De autoritate & usu pallij.

Qui autem semel est constitutus, ut præsit Ecclesiæ, non potest temere ab

ea discedere, ne gregem sibi commissum deserat, nisi hoc sit auctoritate super-

rioris, quod sit ex sex causis.

Primo, si est sibi conscient de criminè, & homicidio;

Secundò, propter corporis debilitatem,

Tertio, si est illiteratus;

Quarto, si nihil potest perficere docendo propter duritiam populi,

Quinto, propter graue scandalum.

Sexto, propter irregularitatem personæ, sub Titulo:

De renunciatione.

Et hæc procedunt, si sunt diligentes, secus si sint negligentes, tunc enim

suppletur eorum negligentia per alios, sub Titulo.

De supplenda negligentia prælatorum.

In constituendis autem prælatis & ministris Ecclesiæ, principaliter requi-

runtur ordines.

Est itaq; ordo ritus Ecclesiæ, qui fit per manum impositionem post suffi-

cientem personæ examinationem, ut in certis officijs possit ministrare: Et

sunt duplices: Maiores, & Minores.

Maiores, siue sacri ordines, sunt tres: Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri;

Minores sunt quatuor: Hostiarij, Lectores, Exorcistæ, & Acolyti.

Conferuntur autem isti ordines à summo Pontifice, Archiepiscopis, Epi-

scopis, & Suffraganeis, &c.

Summus Pontifex singulis diebus Dominicis potest ordines conferre.

De Archiepiscopis & Episcopis, & Suffraganeis dic, quod ordines mino-

res quoq; Dominicis & alijs festis diebus cōserre possunt. Maiores uero nō,

nisi sabbatis quatuor temporum, in uigilia Paschæ, uel sabbato post Lætare:

In ordinatis autem requiruntur tria copulatiū:

Primò iusta ætas. Ut in Episcopo ordinando triginta anni; in presbyteris

autem uiginti quinq;

Secundò grauitas morum;

Tertiò eruditio, sub Titul.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

De scrutinio in ordine faciendo.

• De ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatui renunciauit, uel ex

communicato.

De ætate & qualitate, & ordine prefectorum.

De sacra unctione.

Prohibentur autem ordinati, primò, qui iam sunt ordinati, sub Titul:

De sacra

De sacramentis reiterandis.

Secundò illegitimè nati, nisi dispenset cum eis, sub Titul:

De filijs presbyterorum ordinandis, uel non, id est, natis ex con-
cubina, uel scorto.

Tertiò serui, sub Titul:

De seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

Quartò is qui est obligatus ad reddendas rationes alicuius administratio-

nis, sub Titul.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, uel non.

Quintò corpore uitiati, sub Titul:

De corpore uitiatis ordinandis, uel non.

Sextò peregrini, & qui non sunt de dioecesi Episcopi, sine litteris dimissio-

nis, sub Titulo:

De Clericis peregrinis.

Ex ordinatis autem in Ecclesijs constituuntur, qui præsunt Ecclesiæ: quod
sit bisfariam: Quidam præsunt nomine proprio, quidam uero alieno.

Nomine proprio præsunt Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, Sa-

ristæ, & Custodes.

Archidiaconus dicitur propriè uicarius Episcopi: ad eum spectat omnis
cura Clericorum & Ecclesiæ, cum ceremonijs, sub Titulo:

De officio Archidiaconi.

Archipresbyter est, qui superattendit administrationi presbyterorum, &
est sub Archidiacono, sub Titul.

De officio Archipresbyteri.

Primicerius nihil aliud est, quam præcentor. Eius officium est, ut præsit in
docendo Diaconis, & reliquis gradibus inferioribus, sub Titul.

De officio Primicerij.

Sacrista est Thesaurarius, sub Titul.

De officio Sacristæ.

Custos est, cui ea quæ Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur,
sub Titul.

De officio custodis.

Alieno autem nomine præsunt uicarij. Est enim Vicarius, qui uices alteri-
us gerit, sub Titul.

De officio Vicarij.

In secunda parte tractatur de iurisdictione cōtentiosa, in qua primā con-
stituit Iudices, qui sunt duplices. Quidam habent iurisdictionem: quidam
uero simplicem notionem &c.

Qui iurisdictionem habent, sunt triplices: Delegati, Legati, & Ordinarij.

Delegatus Iudex dicitur, qui ex alterius commissione alicuius causæ reci-
pit iudiciale cognitionem, sub Titul.

De officio & potestate Iudicis delegati.

Legati dicuntur, qui ab alijs mittuntur: & sunt communiter tantum Car-
dinales. Et sunt triplices: legati à latere, legati constituti, & legati nati. Le-
gati à latere dicuntur, qui mittuntur à latere summi Pontificis. Legati con-
stituti dicuntur, non qui mittuntur à latere summi Pontificis, sed eis aliquo
committitur legationis officium.

Legati nati, siue electi sunt, qui nec à latere Papæ mittuntur, nec aliquid
commis-

committitur, sed hoc officium est eorum dignitati annexum, sub Titul.

De officio legati.

Ordinarij Iudices dicuntur, qui iure suo, uel principis beneficio uniuersae litter iurisdictionem exercere possunt, sub Titul.

De officio Iudicis ordinarij.

Sunt autem Iudices, uel magistratus, & subditi duo correlativa; Subditorum officium est, parere & obedire, sub Titul.

De maioritate & obedientia.

Iudicium uero officium est, subditos defendere, & eorum causas litigiosas componere: quod sit bifariam: Aut per amicabilem compositionem: Aut per legitimam causae decisionem &c.

Amicabilis compositio quoq; sit bifariam: Quædam enim fit ad tempus: Quædam uero in perpetuum.

Ad tempus fit, cum tempore guerræ treuga & pax constituitur: Dicitur treuga securitas præstata rebus & personis, discordia nondum finita, sub Titul.

De Treuga & Pace.

In perpetuum uero fit per pacta & transactiones, sub Titul.

De paciis.

De transactionibus.

Legitima causæ decisio fit seruato processu, & ordine Iuris. Vbi prima cura est, ut sint qui postulent, & causas proponant. Quorum hic recensentur tres species: Aduocati, Procuratores, & Syndici.

Aduocatus est, qui in dubia causa partibus, mediâte Iuris instructione, consultit, sub Titul.

De postulando.

Procurator uero est, qui negotia aliena mandato domini administrat, sub Titul.

De Procuratoribus.

Syndicus uero, qui alicuius uniuersitatis, uel Collegij liciti causam agit, uel defendit, sub Titulo.

De Syndico.

Quod si in causæ decisione quis est metu coactus ut aliquid faceret, datur ei remedium rescissorium, uel restituitur in integrum, sub Titul.

De his quæ ut metusue causa sunt.

De restitutione in integrum.

Idem dicas, si Reus in pœnjudicium Actoris alienaret res religiosas animo mutandi, sub Titul.

De alienatione Iudicij mutandi causa facta.

Simplicem notionem habent Arbitri & Arbitratores.

Arbiter est, quem partes eligunt ad cognoscendum de quæstiōne, uell liti

Arbitrator uero est tantum amicabilis compositor, qui nihil cognoscit, sed tantum reducit partes ad concordiam, sub Titul.

De Arbitris.

TITVL VI LIBRI SECUNDI DECRETALIVM.

Hunc librum diuide principaliter in quatuor partes. In prima tractat generaliter de Iudicij, & Iudice. In secunda de processu Actoris usque ad sententiā. In tertia de processu rei. In quarta de sententijs & appellationsibus.

Contie

Continet autem hic liber processum Iuris, et ordinem iudiciarium, quo scilicet modo litigando & contendendo procedendum sit: Ideo præmittitur titulus generalis:

De Iudicijs.

Iudicium autem est legitimus actus trium personarum: Iudicis, Actoris, & Rei. De Judice primò dicemus &c.

Est autem sæpè magna disceptatio super Judice, quia Reus obijcit se non teneri respondere coram illo uel illo Judice. Ideo additur Titulus;

De foro competenti.

Postquam autem de Iudicis incompetentia contentio sublata est, proceditur ad inchoandum Iudicium.

Et primò offert Actor libellum suas petitiones continentem, cui uicissim Reus sæpè alium obijcit libellum, si habet, quo possit reconuenire. Quid ergo Iuris sit circa illa, uide Titul.

De libelli oblatione.

De mutuis petitionibus.

Libello oblato tenetur Reus affirmatiuè respondere: quæ responsio litis contestatio dicitur, antequam neq; testes examinari, neque sententia fieri debet, sub Titul.

De litis contestatione.

Vclite non contestata non procedatur ad receptionem testimoniū,
uel sententiam definitiū.

Litis autem contestationem sequitur iuramentum de calunnia, quod scilicet iurant partes se credere, quod habeant iustam causam litigandi. Quo facto proceditur ad probationes, ad quas dantur dilatōnes, aut à Judice, aut à lege, quales sunt feriæ, sub Titulis:

De iuramento calumniæ.

De dilationibus.

De ferijs.

Iudicio autem suscepto coincidunt sæpè plures causæ simul: utputa causa proprietatis & possessionis. Inquiritur utra prior sit decidenda. Item Reus obijcit se ab Actore spoliatum: quæ spoliatio sit extra Iudicium, & in Iudicio. Extra Iudicium sit, quando Actor uel clam &c. ejicit Reum e possessione. Quo casu queritur, sitne procedendum in negotio principali, priusquam Reus spoliatus restituatur, uel econtrā. Et decidatur Reum ante omnia restituendum.

In Iudicio uero dicitur fieri spoliatio, quando Reus dolo uel contumacia abest, & sua absentia impedit Actorem, quo minus procedere possit. Quo casu Actor est mittendus in possessionem Rei causa feruandæ rei. Et si missus in possessionem fructus dissipauerit, sequestrandi sunt. De quibus omnibus extant Titul.

De ordine cognitionum.

De causa possessionis, & proprietatis.

De restitutione spoliatorum.

De dolo & contumacia.

De eo qui mittitur in possessionem causa Rei seruandæ.

De sequestratione fructuum.

Extra prædictos autem casus non est discedendum à negotio principali,
nec aliquid innouandum, sub Titul.
Vt lite pendente nihil innouetur.

Absolutis autem illis controuersijs, quæ coincidunt, proceditur ad probations, & componit Actor positiones, quibus Reus per uerbum credit, uel non credit, cogitur respondere.

Si ergo respondet per uerbum credit, & sic confitetur, releuatur Actor ab onere probandi, quia sua intentio per confessionem rei est fundata, sub Tit.

De confessis.

Si uero reus per uerbum, non credit, respondet, proponit Actor articulos, & probat suam intentionem.

Est autem probatio duplex: Vera probatio, & quasi probatio.

Vera probatio fit tribus modis:

Primo per duos uel plures testes:

Secundo per instrumenta,

Tertio per iusurandum, sub Titul.

De probationibus.

- *De testibus, & attestationibus.*

Defide instrumentorum.

De iureiurando.

Quasi probatio propriè est præsumptio, quando scilicet colligimus ex signis & coniecturis, sub Titul.

De præsumptionibus.

Quia autem testes sæpè odio uel gratia subtrahunt se, ne testifcentur, dis-
positum est, quod cogi debeant ad testificandum, sub Titul.

De testibus cogendis, uel non.

Et hæc de Actore. Sequitur de Reo.

Postquam autem Actor libellum intentionis suæ proposuerit, idq; proba-
uerit, obijcit Reus exceptiones contra libellum, personas, & dicta testimium,
quibus se defendit. Qualis est præscriptionis exceptio, si longo tempore rem
aliquam possederit, sub Titul.

De exceptionibus.

De præscriptionibus.

Productis fundamentis utrinque, tam à parte Actoris, quam à parte Rei
sift Iudex sententiam, quæ transit in rem iudicatam, nisi ab ea infra decendi-
ad Iudicem superiorem proximum appellare, & suspenditur effectus senten-
tiæ. Idem est, si læsus forte nauigauerit, uel alioqui peregrinando absuerit,
quod non potuerit appellare, quia habet nihilominus beneficium appellati-
onis, sub Titul.

De sententia & re iudicata.

- *De appellationibus, recusationibus, & relationibus.*

- *De Clericis peregrinantibus.*

Appellatione autem legitimè facta, si prior sententia fuerit iusta, pronun-
ciat Iudex ad quem, bene pronunciatum in prima instantia, & malè appellatum.

Si autem constiterit sententiam iniquam esse, pronunciat Iudex ad quem,
in prima instantia malè pronunciatum, & bene appellatum, sub Tit.

De confirmatione utili uel inutili.

TITVL I LIBRI TERTII DECRE

T A L I V M .

HVne librum diuide principaliter in septem partes: In prima tractat de statu Clericorum: In secunda de contractibus: In tertia de successionebus: In quarta de Iure parochiali: In quinta de statu religiosorum: In sexta de Iure patronatus, cum quibusdam alijs: In septima de sacramentis & ritibus Ecclesiasticis.

Primò itaq̄ requirit in Ecclesiasticis uitæ honestatem, & integritatem morum, quæ secundum nouos Canones in his consistunt.

Primò, ne suspectis mulieribus cohabitent.

Secundò, ut in Ecclesijs, in quibus habent præbendas, resideant, sub Tit.

De uita & honestate Clericorum.

De cohabitatione Clericorum, & mulierum.

De Clericis non residentibus in Ecclesia, uel præbenda.

Et conferuntur præbendæ Clericis ad hoc, ut fructus earum percipiāt: quod sit etiamsi ægrotant, aut absunt causa studiorum, sub Titul.

De præbendis, & dignitatibus.

De Clerico ægrotante, uel debilitato.

Fit autem institutio præbendæ, siue collatio bisariam: aut fit de Iure, aut de facto.

*D*e Jure fit, quando infra sexmenses post mortem alicuius sine diminutione reddituum alteri conceditur, sub Titul.

De Institutionibus.

Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

De facto fit, quando defertur alicui altero uiuente: quæ collatio est sine effectu, sub Titul.

De concessione præbendæ, & Ecclesiæ non uacantis.

Et licet laici etiam possint habere Ius patronatus, plerūq; tamen spectat ad Episcopos: ideoq; si Episcopus moritur, priusquam alius eligatur, Capitulum eius loco aliquem instituere debet, sub Titul.

*N*e sede uacante aliquid innouetur.

Econtrā autem Episcopus multa quoq; sine consensu Capituli facere non potest: utputa, alienare res Ecclesiasticas, sub Titulo:

*D*e his quæ fiunt à prælatis, sine consensu Capituli.

In his autem quæ propriè spectant ad Capitulum, ut est electio Episcopi, maior & sanior pars concludit, nisi minor pars rationabiliter possit aliquid obijcere, sub Titul.

*D*e his quæ fiunt à maiori parte capituli.

In fine istius partis cautum est in genere, ne Episcopi, clerici, uel alij quicunq; fuerint, tentent res Ecclesiasticas alienare, sub Titul.

*D*e rebus Ecclesiæ alienandis, uel non.

In secunda parte tractat ferè de omnibus speciebus contractuum. Et primò de contractibus qui re contrahuntur, sub Titul.

*D*e precarijs.

*D*e commodato.

*D*e deposito.

Secundò de contractibus, qui consensu contrahuntur, sub Titul.

EXPLICATIO TITVL.

Deemptione & uenditione.

De locato & conducto.

De donationibus.

Quia autem concessio feudi habet quandam similitudinem cum locatio-
ne & conductione, est quoq; Titulus insertus;

De feudis.

Tertiō de contractibus innominatis, sub Titul;

De rerum permutatione.

Ex illis autem contractibus oriuntur obligationes utrinq; & constituun-
tur duæ personæ, creditor & debitor. Et satis facit debitor creditori bifariām:
Aut per sufficientem cautionem, quæ fit aut per pignora, aut per fideiuſſo-
res, sub Titul.

De pignoribus & alijs cautionibus.

De fideiuſſoribus.

Aut persolutionem eius, quod debetur, sub Titul;

De solutionibus.

Est autem in fine illius partis adiecta quæſtio, Vtrum Clerici possint de
rebus suis donare, sub Titul;

De peculio Clericorum.

In tertia parte tractat de successionibus: quod fit duobus modis: Aut ex
testamento: Aut ab intestato, sub Titul,

De testamentis.

De successionibus, quæ ab intestato &c.

In quarta parte tractat de Iure parochiali. Debentur autem parochis deci-
mæ, primitiæ frugum, & oblationes, sub Titul.

De parochijs, & alendis parochijs.

De decimis, primitijs, & oblationibus.

In quinta parte tractat de statu religiosorum. Admittebantur autem ad reli-
gionem adulti, siue puberes uolentes, & solitæ personæ. Maritus enim qui
sine uxoris consensu ingrediebatur religionem, poterat ab uxore reuocari, &
econtrā. Pleruncq; etiam infideles conuersi ducebantur ad religionem, sub
Titul.

De regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.

De conuersione coniugatorum.

De conuersione infidelium.

In religione autem suscipienda duo erant necessaria: Primo habitus, qui
non facit monachum: patebat enim liber egressus. Secundo professio, in qua
post annum uocabant castitatem, paupertatem, & obedientiam: & per illam
professionem fiebant monachi, & obligabantur tum deum ad statuta, et re-
gulas ordinum, quod non poterant habere proprium, nec liberè loqui (si-
lentium enim imponebatur) cogebantur uti cibo, potu ex praescripto Statu-
orum & Regulatum, &c. sub Titul.

De uoto, & uoti redēptione.

De statu Monachorum, & Canonorum regularium.

Deputabantur autem monachis loca, ubi habitarent, Ecclesiæq; construe-
rent, sub Titul.

De religiosis domibus.

De capela

LIBRI III. DECRETAL.

51

De capellis Monachorum.

In sexta parte habes de lure patronatus.

Est autem Ius patronatus Ius alicui competens pro eo, quod Ecclesiam construxerit, uel præbendam fundarit: & fundata præbenda, constituuntur census & immunitates, quod fit in consecratione Ecclesiæ illius, sive altaris, ubi constituitur, sub Tit.

De lure patronatus.

Decensibus.

De consecratione altaris uel Ecclesiæ.

In septima de Sacramentis, & ritibus ecclesiasticis dicit. Sunt autem sacramenta duo. Primum est sacramentum Eucharistiae, de quo sub Titul.

De celebratione Missarum, & sacramento Eucharistiae.

De custodia Eucharistiae.

Secundum sacramentum est Baptismus, sub Titulo:

De Baptismo & eius effectu.

De presbytero non baptizato.

Ritus autem ecclesiastici multiplices erant: Colebantur enim reliquiae Sanctorum, & instituebantur ieunia certis temporibus: iniungiturque multis, ne ante purificationem completam intrent Ecclesiam, licet hoc sit uoluminarium, & non necessarium, sub Titul.

De reliquijs & ueneratione Sanctorum.

De obseruatione Ieiunij.

De purificatione post partum.

Quia autem plerique uulgaris religionem, sacras ædes, & ministros Verbi Dei contemnit, adeo quod si possit, omnia euertat, coagit necessitas, Ecclesijs & personis earum concedere immunitates & priuilegia, sub Titul.

De Ecclesijs ædificandis, uel reparandis.

De immunitate Ecclesiarum, cœmiterij, & rerum ad eas pertinientium.

Ne Clerici uel Monachi secularibus negotijs se immisceant, &c.

TITVL I LIBRI QVARTI DECRE.

T A L I V M .

HIC liber tractat causas Matrimoniales. Est autem matrimonium maris & fœminæ coniunctio, individuali uitæ consuetudinem continens, sub Titul.

De sponsalibus & matrimonij.

Et potest contrahitur uel pure, uel sub conditione. Quando pure & legitime contrahitur, non est dubium, quin sit matrimonium. Quando autem sub conditione contrahitur, distingue: Aut est contracta conditio honesta: ut contraho, si parentibus placuerit: & ante conditionis eventum, uterque liber est, & potest nubere cui uult. Aut est adicta conditio turpis, uel impossibilis, & subdistingue: Aut contra substantiam matrimonij, ut si quis ita contraheret. Contraho tecum, si generationem prolis euaueris, aut pro qua adulterandam te tradideris: & simpliciter non ualeat.

Aut non est contra substantiam matrimonij, ut hoc modo: Contraho te.

Ee :

cum, si patre tuo centum aureos abstuleris, uel aureum montem mihi dederis;
Et habetur illa conditio pro non adiecta, ualeatque matrimonium, tanquam pu-
re contractum, sub Titulo:

*De conditionibus appositis in despousatione, uel in alijs contra-
elibus.*

Sunt autem nuptiae duplices: licetæ, & illicitæ: quæ subdividuntur in in-
cestas, & inutiles. Inutiles sunt, quæ non natura, sed Iure positivo prohibente
contrahuntur, quarum causæ sunt, primò ætas: ut si masculus minor quatuor
ordecim annis, uel foemina duodecim contraxerit, sub Titul.

De despousatione impuberum.

Secundò, clandestina despousatio, quæ probari non potest, sub Titul.

De clandestina despousatione.

Tertiò, despousatio cum duabus: unam enim tantum habere potest, sub Titul.

De sponsa duorum.

Quartò, si quis uxore sua uiuente aliam duxerit, & prioris uitæ insidietur,
secundam habere non potest, sub Titul.

De eo qui duxit in matrimonium, quam per adulterium polluit.

Quintò, cognatio spiritualis: ut si quis duceret eam, quam ex Baptismo
suscepisset, sub Titul.

De cognitione spirituali.

Sextò, cognatio legalis: ut inter patrem & filiam adoptiuam, sub Titul.

De cognitione legali.

Septimò, consanguinitas & affinitas in tertio & quarto gradu, sub Titul.

De eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ, uel sponsæ.

De consanguinitate & affinitate.

Incestæ autem nuptiae sunt, quæ natura repugnante & prohibente con-
trahuntur: quarum causæ sunt, primò, ratio sanguinis inter ascendentess &
descendentess usque ad infinitum.

Secundò, ratio sanguinis inter collaterales proximos.

Tertiò, affinitas proxima, sub Titul. dictis.

De eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ, uel sponsæ.

De consanguinitate & affinitate.

Effectus autem incestarum nuptiarum & inutilium sunt, quod non haben-
tur pro matrimonio, ne liberi inde natu pro legitimis, sub Titul.

Qui filij sint legitimi.

Etsi matrimonium contra leges, uel Canones contraheretur, uel legitimè
quidem contractum, postea tamen dirimi debeat, instituitur accusatio, sub Titul.

Qui matrimonium accusare possunt.

In qua accusatione si accusator obtinet, proceditur ad diuortium. Est au-
tem diuortium mariti & uxorius cum causæ cognitione apud competentem
Iudicem legitimam separatio: & sit ex quatuor causis.

I. Propter impedimentum naturale, & impotentiam;

II. Si alter coniugum fuerit infidelis, & nolit fideliter cohabitare: uel coha-
bitat, cum blasphemia tamen nominis Christi. Et istis duobus casibus, inno-
centi denuo nubere permittitur, etiam altero uiuente.

III. Si alter coniugum alteri continuis insidijs mortem machinetur.

III. Propter adulterium.

Sed istis posterioribus casibus secundæ nuptiae altero uiuente prohibita-
sunt. Fit enim separatio tantum, quantum ad thorum, sub Titul.

Defri-

*Defrigidis & maleficiatis &c.
Dediuitijs.*

Licet autem contra interdicta Ecclesiæ uel iudicis matrimonia contrahenda non sint: si tamen contracta fuerint, & alioqui nullum subest impedimentum, dirimi non debent, sub Titul.

De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

Effectus autem diuortij est, quod dos redit ad uxorem, & donatio propter nuptias ad maritum, delinquens tamen amittit suum, sub Titul.

*De donationibus inter uirum & uxorem: & de dote post di-
uortium restituenda.*

Sunt autem quidam casus, in quibus dubitatur, utrum in eis sint matrimonia, ueluti inter leprosos & seruos. Deciditur tamen esse matrimonia, & quod propter lepram nullo modo dissolui debeant, sub Titul.

De coniugio leproorum.

De coniugio seruorum.

Sicuti autem primæ nuptiæ licitæ, sic quoque secundæ, & deinceps, sub Titul.

De secundis nuptijs.

TITVL LI LIBRI QVINTI DECRE- TALIV M.

HVnc librum diuide in sex partes: In prima tractat de delictis, quæ committuntur circa bona Ecclesiastica: In secunda de illis, quæ aduersantur religioni Christianæ: In tertia de delictis legalibus: In quarta de delictis Clericorum & prælatorum, & de eorum purgatione: In quinta de poenitentiis canonis: In sexta sunt generales Tituli, De uerborum significa, & de Reg. Iur. Et ita totus hic liber tractat de delictis & poenitentiis eorum.

Sicuti autem in ciuilibus causis instituuntur contra reos actiones, ita in criminalibus instituuntur accusationes: in quibus si quis fuerit deprehensus accusare calumniosè, punitur tanquam calumniator. Accusatore autem deficiente, si delictum est atrox, potest Iudex ex officio inquirere, & sic in una eadem causa Actor & Iudex esse potest, sub Titul.

De accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus.

De calumniatoribus.

Primū itaq dicit de his, qui bonis Ecclesiasticis abutuntur, quales sunt Simoniaci:

Committitur autem Simonia, quando quis emit uel uendit spiritualia, uel spiritualibus annexa (ut Ius patronatus) quando Episcopus, siue alioqui patronus pro temporali obsequio, præbendam promittit. Vel quando quis Ecclesia uel præbendas suas sub anno censu concedit. Vel si quis ab Ecclesia est prouisus, ut gratis doceat, pecuniam a discentibus exegerit, sub Titul.

*De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, uel pro-
mittatur.*

Ne prælati uices suas, uel Ecclesiæ sub anno censu concedant.

De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

In secunda parte dicit de aduersariis religionis Christianæ. Procedit autem nunc secundū ordinem decalogi. Et primum ponit de illis, qui peccant con-

tra primam tabulam, quales sunt Iudæi, Sarraceni, Hæretici, Schismatici, Apostatae, Anabaptistæ &c. sub Titul.

De Iudæis, Sarracenis, & eorum scruis.

De Hæreticis.

De Schismaticis, & ordinatis ab eis.

De Apostatis, & reiterantibus baptisma.

In tertia parte tractat de delictis legalibus, & explicat secundam tabulam, incipiens ab homicidio.

Est autem homicidium duplex: Parricidium, & homicidium in specie:

Parricidium sit, quando quis interficit aliquem ex ascendentibus uel de-
scendentibus, uel collateralibus proximis: de quo habes Titul. hic:

De his qui filios occiderunt.

Observabis autem hunc Titulum non loqui de illis parricidijs, qui consul-
to et deliberate liberos occidunt, sed de illis, qui aut casu, aut culpa, & non do-
lo faciunt: ueluti si mater dormiens infantem in eodem lecto uel suffocau-
rit, uel oppresserit, &c. aut alioqui ex iracundia ita uerberauerit, ut postea
moreretur. Eorum poena est, secundum Canones, pœnitentia. His poteris
addere sequentem Titulum:

De infantibus, & languidis expositis.

Homicidium in specie est, quando quis interficit eum, qui ei sanguine iun-
ctus non est: & sit tribus modis: aut casu, aut consulto, aut per accidens.

Pœna homicidij casualis est pœnitentia.

Consulto autem dicitur fieri homicidium, quando quis principaliter alii
quem aggreditur, ut occidat. Vel occidit, cui potuit parcere. Hoc casu homi-
cida tradendus est seculari magistratui, sub Titul.

De homicidio uoluntario, & casuali &c.

Per accidens fit homicidium, ut in torneamentis, duello uel sagittando, &c.

In torneamentis autem homicidium commissum, non potest imponi po-
ena homicidij, quia non potest reprehendi quis occiderit. Quia autem Cano-
nestorneamenta prohibuerunt, imponitur secundum eos, poena occiso, ut
scilicet priuetur Ecclesiastica sepultura.

In duello autem, si Clericus duellum oblatum suscepit, uel alteri obtule-
rit, & aliquem interficerit, deponendus est ab officio, sub Titul.

De torneamentis.

De Clericis pugnantibus in duello.

De sagittarijs.

Secundum delictum est adulterium, sub quo comprehenditur stuprum,
raptus, & similia, quibus uxores uel virgines uitiantur.

Pœna stupri de Iure Canonico est, ducere stupratam in uxorem, uel casti-
gari corporaliter, & facere pœnitentiam &c.

Pœna autem adulterij, est diuortium, & amissio dotis, uel donationis pro-
pter nuptias, & quoque pœnitentia, sub Titul.

De adulterijs, & stupro.

Tertium delictum est furtum, quod comprehendit rapinam, incendium, &
similia, quibus bona auferuntur, sub Titul.

De raptoribus, incendiarijs, & uiolatoribus ecclesiarum.

De furtis.

De pœnis eorum uide quæ diximus in Codice.

Quia autem usura non multum differt à furto, est quoq; additus Titulus:
De usu.

De usuris.

Quatum est crimen falsi, sub Titul.

De crimine falsi.

De eius definitione, diuisione, & poena dictum est in Codice. Consistit crimen falsum in aliquibus, de quibus in Codice non diximus, ut in sortilegio & collusione.

Sortilegi dicuntur, qui sub nomine fictæ & falsæ religionis per sortes diuinationis speciem profitentur, sub Titul.

De sortilegijs.

Collusio autem est inter Actorem et Reum, latens & fraudulentia conuentio, propter quam crimina remanent sœpè impunita. Ideoç detegi debet, sub Titul.

In puniendis autem delinquentibus est quædam ratio adhibenda, ut secundum qualitatem personæ sumatur poena. Ideoç si delinquens aut infans, aut impubes, aut minor fuerit, tunc aut remittitur poena omnino, aut mitius puniatur, sub Titul.

De delictis puerorum.

In quarta parte tractat de delictis Clericorum & prælatorum. Prohibentur autem Clericis quædam specialia; & primum, ne alant canes uel accipitres &c; ad uenandum.

Secundò, ne sint percussores.

Tertiò, ne sint maledici.

Quarto, si sint excommunicati, depositi, uel degradati, ne ministrent in sacris.

Quintò, ne ministrent, nisi sint ordinati;

Sextò, ne ordinentur per saltum.

Septimò, ne furtiuè ordines suscipiant: quod fit, si se ingerant multicudini, ne examinentur, sub Titul.

*De Clerico uenatore.**De Clerico percussore.**De maledicis.**De Clerico excommunicato, deposito, uel interdicto ministrante.**De Clerico non ordinato ministrante.**De Clerico per saltum promoto.**De eo qui ordines furtiuè suscepit.*

Prælati autem prohibentur, ne indebitas exactiones presbyteris imponant, nec Ecclesiæ alicui subiectas liberent, nec contra priuilegia subditorum quid præsumant, nec nouas Ecclesiæ in præiudicium aliarum ædificant, sub Titul.

*De excessibus prælatorum.**De noui operis nunciatione.**De priuilegijs & excessibus priuilegiatorum.*

Si ergò istis uel similibus criminibus Clerici uel prælati infamati fuerint, nec tamen possunt conuinciri, indicitur eis purgatio.

Est autem purgatio duplex: Canonica, uel vulgaris.

Purgatio Canonica fit per iuramentū, in qua imponitut infamato, ut ipse iuret de ueritate, id est, se tales non esse: & habeat alios compurgatores, quibus notus sit, qui iurent de credulitate, se scilicet credere infamatum recte iurasse.

EXPLICATIO TITVL.

Habet autem hæc purgatio locum, quando infamatio traxit originem à probabilitibus coniecturis, uel fide dignis uiris, sub Titul.

De purgatione Canonica.

Purgatio autem vulgaris fiebat per duellum, & indicium ardantis ferri. Quia autem per istas purgationes Deus tentari uidetur, ideo sublatæ & prohibitæ sunt, sub Titulo:

De purgatione uulgaris.

Est quoq; additus Titulus:

Detinurijs & damno dato.

In quinta parte tractat de pœnis Canonicis. Est autem certum, quod magistratus Ecclesiasticus pœnam sanguinis delinquentibus imponere non potest. Ideoq; si est tam atrox delictum, ut capitulis pœna quis puniri debet, traditur iudicio seculari. Pœnæ autem Canonice hæ sunt;

Prima, pœna pecuniaria.

Secunda, relegatio.

Tertia, pœnitentia. Quæ est duplex: Publica, & occulta. Publica impunitur pro notorijs criminibus, occulta pro occultis &c.

Quarta pœna est excommunicationis, quæ habet locum in multis casibus: ut maximè si quis Clericum percussérit.

Quinta est depositio ab officio.

Sexta est degradatio in maximis delictis, sub Titul.

De pœnis.

De pœnitentijs & remissionibus.

Desententia excommunicationis, & suspensionis, & interdicti.

In fine istius libris sunt generales Tit.

De uerborum significacione.

De regulis Iuris.

Finis quinque librorum Decretalium.

DE ORDINE TITVLORVM SEXTI, CLEMENTINARVM,
ET EXTRAVAGANTIVM.

DEM DIC QVOD SVPRA DE TITVLIS Decretalium dictum est. Qui enim ordinem Titulorum Decretalium tenet, is iam quoque complexus est Titulos Sexti, Clementinarum, & Extravagantium.

Nam sicuti Decrerales in secundo ordinem Iudiciorum, In tertio de contractibus, & ultimis uoluntatibus, In quarto de causis matrimonialibus, In quinto de delictis: ita quoq; Sextus, Clementinae, & Extravagantes, In secundo de ordine iudicario, In tertio de contractibus, & ultimis uoluntatibus, In quarto de causis matrimonialibus, Et in quinto de delictis tractant, &c.

Hoc tamen interest, quod in Decretalibus antiquis comprehenduntur plus: in reliquis autem libris pauciores Tituli. Et est ratio, quia cùm constitutiones Decretalium essent congestæ, sàpè acciderant casus in eis non decisi. Quare summi Pontifices sequentes, eos deciderunt, & ex illis decisionibus nouos libros composuerunt &c.

Idem

Idem iudicā de libris Pandectarum, & Codice. Continent enim primus, secundus, tertius, quartus, & principiū quinti Codicis omnes Titulos, qui sunt in ff. ueteri: quintus autem & sextus liber Codicis habent Titulos ff. Infortiati: septimus, octauus, & nonus Codicis complectuntur Titulos ff. Novi &c.

Sicut enim ff. Vetus originem Iuris, & ea quæ ex Iuregentium principali sumpserunt originem, tractat: ita quoque priores libri Codicis, quales sunt: Magistratus, ordo iudicarius, contractus, & actiones ex contractibus prouenientes, dominia, & actiones reales &c. item sponsalia & matrimonialia: & breuiter, quæ ex duobus præceptis Iurisgentium colliguntur, in ff. ueteri comprehenduntur.

Deinde sicut in ff. Infortiato per totum ferē nihil aliud tractatur, quam materia testarum, & ultimarum uoluntatum: ita quoq; in quinto & sexto libro Codicis ea comprehensa inuenies, &c.

Dig. Nouum autem tractat manumissiones, donationes, dominium, possessionem, usucaptionem, actiones, & exceptiones, sententiam, & appellations, stipulationem cum suis cohærentijs, publica iudicia. Ea omnia sunt in septimo, octavo, & nono libro Codicis.

Confunditur tamen hic ordo interdum, quia Tituli de patria potestate, de adoptionibus, de emancipationibus, de pignoribus, de euictionibus, sunt in ff. ueteri. Et tamen in prioribus libris non comprehenduntur, ut scilicet in octavo. Præter illos autem Titulos pauci sunt, qui in illum ordinem rediginon possunt. Hoc tamen obseruabis, esse quosdam in Codice, qui non comprehenduntur in Pandectis:

& econtrā, &c.

Finis omnium titulorum Iuris Civilis & Canonici, & nouemlibrorum Codicis.

CATALOGVS, SVMMARIA, ET IN-
DEX TITVLORVM IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

- Tituli libri primi Codicis, De Christiana religione, illiusq; aduersarijs, iure humano, Iudicijs, & magistratibus 4
- Tituli libri secundi Codicis habent initia litis, editionis, actionis, & citationum, compensationem controversiarum, aduocatos, procuratores, restitutionem in integrum, præmissa quædam Iudiciorum 7
- Tituli libri tertij Codicis tractant Iudicia, personas, effectum, causas, & actiones Iudiciorum 10
- Tituli libri quarti Codicis tractant actiones, fallentias, probationes, &c. 13
- Tituli libri quinti Codicis continent causas matrimoniales, concubinatum, tutelas &c. 18
- Tituli libri sexti Codicis tradunt materiam successionum 22
- Tituli libri septimi Codicis, De manumissionibus, usucaptionibus, & præscriptionibus, De sententijs, appellationibus, non soluendo &c. 27
- Tituli libri octaui Codicis, De interdictis, pignoribus & hypothecis, exceptionibus, rebus litigiosis, stipulationibus, patria potestate, donationibus &c. 32
- Tituli libri noni Codicis, De personis accusantium & accusatorum, causis & abolitionibus accusationum, De bonis damnatorum, & eorum restituzione 37
- Tituli libri primi Decretalium, De dispositione Iuris diuini & canonici, De iurisdictione ecclesiastica 43
- Tituli libri secundi Decretalium, De Iudicijs & Iudice, De processu Actoris usq; ad sententiam, De processu Rei, De sententijs, & appellationibus 46
- Tituli libri tertij Decretalium, De statu Clericorum, cōtractibus, successionibus, iure parochiali, statu religiosorum, iure patronatus, sacramentis, & ritibus ecclesiasticis 49
- Tituli libri quarti Decretalium, De causis matrimonialibus 51
- Tituli libri quinti Decretalium, De delictis ecclesiasticis, & penitentia eorum 53
- Ordo Titulorum Sexti, Clementinarum, & Extrauagantium 57

Finit Index Titulorum Iuris ciui-
lis & Canonici.

INDEX EORVM, QVAE HOC LIBRO HABENTVR NOTATV DIGNA.

A.

- A** Bigeatus crimen 41
 Abolitio tollit accusationē 42
 Accusans calumniosē punitur ut calumniator 53
 Accusare quid, & cui competat 37
 Accusatores temerarij poena & infamia puniuntur 42
 Actiones personales 14
 Actionum diuisio 12
 Actionum, criminalis & ciuilis, utra alteri praeiudicet 41
 Actores uel Rei qui possint esse 11
 Ad exhibendum actio 13
 Aditio hæreditatis cogi non potest 24
 Ad religionem qui admittebantur 53
 Adulterium & stuprū quæ, & quod stuprificia, eorumq; poenæ 38
 Adulterij poena 54
 Aduocatus 46
 Aduocati qui 7
 Alienata in fraudem creditorum repeti possunt 32
 Appellatio quid 31
 Appellatio quando nō admittatur 32
 Appellatio quibus casibus non examinetur 32
 Appellationes infra decendium 48
 Arbitr̄ 46
 Arbitrator ibi.
 Archidiaconus 45
 Archipresbyter ibi.
 Ars magica & sortilegia 39

B.

- Bonorum possessiones 23

C.

- Calumniari, & calumniatoris poena 42
 Canonicum Ius duplex 43
 Carceres priuati interdicti 37
 Causæ quæ primūm deciduntur 11
 Cessio bonorum quid 32
 Christianæ religionis aduersarij 4

- Clericis speciatim prohibita 55
 Clericorum status qualis 49
 Cognatio spiritualis & legalis 52
 Collusio quid 55
 Compensatio quid 16
 Condemnatis in sententijs subueniatur 38
 Condictiones 14
 Confessi æquiparantur condemnatis per sententiam 38
 Contestatio litiis 47
 Contractus quotuplices 16
 Contractus ex consensu ibi.
 Contractus innominati 18
 Contra libertatem indistincte non currit præscriptio 28
 Criminalium probationes sint luce meridiana clariores 42

D.

- De bonis Reorum quid Iuris 48
 Desponsatio clandestina 52
 Diuortium & repudium 19
 Diuortij 4. causæ 52
 Donatio quid, & quotuplex 36
 Donationis reuocatio 37
 Dotis restitutio 19

E.

- Ecclesia non temerè deferenda 44
 Ecclesiarum immunitates & priuilegia 58
 Ecclesiastica iurisdictio duplex 43
 Electio quid ibi.
 Emptionis & uenditionis materia 16
 Euictio quid 36
 Exceptio quid 35
 Exceptiones 48
 Executio quando licita 52
 Expensæ una cum causa Iudici considerandæ 30

F.

- Falsi crimen 55
 Falsi crimē quid, & quando committatur 39
 Familiae

INDEX.

Familia et cunctæ actio	13	M.	6		
Finium regundorum actio	ibi.	Magistratus & ministri	27		
Fiscus et uxoris dos præferuntur omnibus creditoribus	32	Manumissio quid	ibi.		
Furtum quando committatur	41	Manumittere & manumitti qui possint	ibi.		
Furtum, rapina, incendium	54	Maritus è religione ab uxore poterat reuocari	50		
H.					
Habitus non facit monachum	54	Matrimonium quid	51		
Hæredes aut instituendi testamento, aut expressè ex hæredandi	24	Matrimoniales causæ	19		
Hæredis institutio, substantia testamenti	ibi.	Matrimonij contractio puræ	51		
Hæreditas certis causis perditur	24	Matrimonij contractio sub conditio-			
Homicidium consulto factum	54	ne	ibi.		
Homicidium & eius poena	ibi.	Matrimonij diremptio	52		
Homicidium in torneamentis commissum	ibi.	Ministri Iudicij	10		
Homicidium quotuplex, eiusq; pœna	38	N.			
Homicidium per accidens	54	Negotiorum gestor	8		
Hypotheca quid	33	Nemo ex alterius contractu uel deli-			
I.				cto conueniendus	14
In facie nemo Reus notandus	42	Non numerata pecunia exceptio	16		
Iniuriæ crimen	41	Noxalis actio	13		
In puniendis delictis ratio quædam adhibenda	55	Nuptiæ duplices	18		
Interdicta quid, & quotuplicia	33	Nuptiæ incestæ	52		
Iudex delegatus	45	Nuptiæ licita & illicitæ	ibi.		
Iudices ordinarij & delegati	6	O.			
Iudices ordinarij	46	Obligatio quid, & quotuplex	35		
Iudicium officium	11, 46	Occultatio & receptatio latronum	41		
Iudicium	47	Oppignerari quæ res possint	34		
Iudicio qui non cogantur	11	Ordines in Ecclesia	44		
Iudicij stare qui possint	ibi.	P.			
Iuramentum calumniae	47	Pacta duplicita	17		
Iuris ignorantia neminem excusat	5	Pactum legis commissoria	35		
Ius humanum unde dependeat	ibi.	Parricidium	54		
Ius parochiale	50	Patria potestas	36		
Ius patronatus	51	Patriæ potestatis reintegratio	ibi.		
L.				Patronorum in libertis Iura	22
Legata & fideicommissa minuuntur	25	Peculatus crimen	40		
Légiati	45	Peculium quotuplex	26		
Légiatum quot modis fiat	25	Perduellionis crimen	37		
Libertas acquiritur præscriptione xx. annor.	28	Pignus quid	33		
Libertini triplices	27	Pignus dissoluitur multis modis	34		
Lite pendente nihil innouandum	43	Pignus conventionale	34		
Litis contestatio	11	Pignus iudiciale	ibi.		
		Pignus prætorium	ibi.		
		Plagium quid, & quando fiat	39		
		Pœnæ Canonicae	55		
		Pœnæ duplices	37		
		Postula-			

INDEX.

Postulatio quid	43	Sacrista	43
Potiores in pignore qui habeant	34	Satisdatio	10
Præscriptiones multiplices	20	Seditio quid, eiusq; poena	40
Primicerius	45	Sententia quid	30
Probatio quid	16	Sententia definitiva	ibid.
Probatio sit trifariam	48	Sententia rescinditur multis modis	ibid.
Procurator	46		
Procuratores duplices	7	Sententiæ causa finalis	38
Purgatio Canonica	55	Seruitutes duplices	12
Purgatio vulgaris	56	Simonia quando committitur	53

Q.

Quæstio quid	42	Stipulatio quid	35
Quando Iudex simul Actor esse pos- test	53	Stupri poena	54
Quasi probatio est præsumptio	48	Successionum materia	22
Qui prior gradu, potior est iure	26	Suffragium	14
		Supplicare quando liceat	5
		Syndicus	46

R.

Rapina quid, eiusq; poena	41	Testamentorum diuisione & ratio	23
Religiosorum status	50	Testamentum imperfectum Codicilus est	25
Repetundarum crimen	40	Tutelæ	20
Restitutio in integrum sit in foro ei- us, contra quem petitur	9	Tutela finitur pubertate	22
Restitutio in integrū quæ, & quan- do denegetur	ibi.	Tutores suspecti remouentur	21
Reus remittitur ad locum delicti	37		
Ritus Ecclesiastici multiplices	51		

S.

Sacramenta, & ritus Ecclesiastici	51
Sacrilegium quid, eiusq; poena	40

Violatio sepulchrorum	39
Vis & uolentia	39
Viscapio quid	28
Vsura non multum differt à furto	54

F I N I S.

FRANCOFORTI APVD HAEREDES

Christiani Egolphi Hadamarij.

M. D. LXIII.



